declarant quiditatem istius predicamenti: icirco hic si
cut in substantia formari põt arbor Porphyriana sic.

	Qualitas	
Spiritualis		Corporalis
	Corporalis Qualitas	
Insensibilis		Sensibilis
	Qualitas Sensibilis	
Inuisibilis		Uisibilis
	Color	
Disgregatiuus		Cõgregatiuꝰ
	Nigredo	
Hec		Hec
	Ista	

Sed oritur difficultas q̃ eedẽ Dif.

nõ sũt dr̃ie sub̃e ⁊ q̃litatis p illã regulã diuersoꝝ generũ:
s̃z corporeũ ⁊ icorporeũ: vt supra patuit: sũt dr̃ie substãtie.
¶ Dicit̃ aũt q̃ corporale ⁊ spũale dicunť de q̃litatibꝰ s̃m Solo
analogiã ad sub̃az ⁊ nõ vniuoce. Et iõ nõ sũt eedẽ dr̃ie
q̃litatiue. ¶ Scd̃a dif. si iste dr̃ie sũt q̃litatiue. ¶ Di, 2ᵃ dif.
cit̃ aũt q̃ sic: q̃ ita eẽntialr̃ videnť corporale ⁊ spũale cir, Solo
ca qualitatẽ sicut circa sub̃az ⁊ in sub̃a iste p̃me differentie
sunt posite essentiales. ¶ Tertia dif. si sensibile ⁊ isensibi, 3ᵃ dif.
le sunt differẽtie qualitatis eẽntiales. ¶ Dicit̃ q̃ non sicut Solo
dcm̃ fuit in sub̃a: q̃ dicte aptitudines naturas ꝯsĩtes: tñ
per istas passiões circũloq̃mur q̃litatiuas sicut fuit dcm̃
in substantia. ¶ Quarta diffi. que sunt qualitates insen, 4ᵃ dif.
sibiles corporales: ⁊ quomodo deuenimus in eaꝝ noti,
tiaz. ¶ Dicit̃ q̃ ex effectibꝰ qui foris sunt: q̃ opatio facit Solo
scire formã sicut ex nãli motu deorsum arguimus formaz Arĩ. 8. me. c.
grauitatis quã non percepimus sensu: ⁊ ex motu sursum 11. 4. ph. c. 54
formam leuitatis. ¶ Quinta difficultas est si diuisio q̃li,
tatis sensibilis in visibilẽ ⁊ in inuisibilem est essentialis. 5ᵃ dif.

Solo ¶ Dicitur ꝙ nõ sicut prima qꝛ visibilitas dicit naturalẽ
aptitudinẽ que nunꝗ̃ est quidditatiua sicut fuit supra di
6ᵃ dif. ctum de rationali ⁊ irrationali. ¶ Sexta difficultas que
Solo sunt qualitates sensibiles inuisibiles. ¶ Dicitur autem
ꝙ omnes ille que sunt obiecta aliorum sensuũ vt sonus
auditus: frigiditas ⁊ caliditas tactus: amaritudo ⁊ dul
7ᵃ dif. cedo gustus: ⁊ ita de odoratu ⁊ sapore. ¶ Septima diffi.
si diuisio coloris in congregatiuum ⁊ disgregatiuũ est es/
Solo sentialis. ¶ Dicitur autem ꝙ non qꝛ ista duo dicunt or/
dinem aptitudinalẽ coloris ad visum: omnis autẽ ordo
est posterior suis extremis: ⁊ nullũ posterius est quidita
tiuum sicut fuit supra dictũ de rationali ⁊ irrationali: i/
mo ista duo sunt coloris passiones per superius dicta.
8ᵃ dif. ¶ Octaua difficultas est quare dicitur nigredo color cõ
Solo gregatiuus visus ⁊ albedo disgregatiuus. ¶ Dicitur ꝙ
lux habet disgregare visum sicut excellens sensibile obrũ
dit sensum ⁊ debilitat: ⁊ qꝛ lux participatur ab albedine
excellenter: ideo est sicut excellens sensibile: ⁊ nigredo cõ/
gregat: qꝛ remisse participat lucem. vnde experientia do
cet ꝙ nigredo confortat visum ⁊ albedo ipsũ debilitat.
No^m ¶ Intelligendum est tamen ꝙ medij coloris non exclu/
dantur ab istis differentijs: quia rubedo magis imo sim
pliciter disgregat ⁊ croceitas: quia magis appropinquãt
ad albedinem: viriditas autem ⁊ liuiditas congregant:
quia magis ad nigredinem appropinquant: ⁊ sic cũ me
dij colores ab extremis differant specie oportet quãlibet
istarum differentiarũ subdiuidi vt ad singulas species
9ᵃ dif. veniatur. ¶ Sꝫ remanet nona difficultas quomodo ista
Solo que hic dicta sunt possunt redigi in obsequiũ chri. ¶ Di
citur ꝙ cum circa tertiũ sententiarũ tractamus in theo
logia de donis ⁊ perfectiõibus infusis anime christi que
sunt de genere qualitatis oportet nos respicere ad suũ
genus vt ea que sunt perfectionis in suo genere ei attri/
buamus ad laudem ipsius superlaudabilis Jesu qui in
nostris naturalibus supernaturaliter erat ⁊ ineffabiliter
qui est super omnia benedictus deus. Amen.

43ᵘˢ pas. Quadragesimustertiꝰ passus

est: ꝙ qualitates sunt que dicte sũt: qualia võ que sꝫ hec
denominatiue dicuntur: sicut a candore candidus: a grã
matica grãmaticus. caplo eodem. Et adiungit ibi duo
p^m notabile notabilia. ¶ Quorum primum est ꝙ non omnibus qua/
litatibus: vnde dicũtur qualia est nomen impositum: si/
cut cursor ⁊ pugillator dicitur ab aliqua valitudine non
2^m nominata. ¶ Secũdũ notabile ꝙ denominatio qualis
non semper fit sm illud nomen: sicut dicitur ꝙ studiosus
Dif. dicitur a virtute ⁊ non a studio. ¶ Sed oritur diffi. qua/
Solo liter se habet quale ad qualitatem. ¶ Dicitur autẽ ꝙ si/
cut effectus formalis ad suam causam: candidum enim
est formalis effectus candoris: ⁊ iustũ esse est effectꝰ ipsiꝰ
2ᵃ dif. iustitie. ¶ Secunda difficultas si iste effectꝰ formalis dif
Solo fert realiter ab ipsa qualitate. ¶ Dicitur autẽ ꝙ sic quia
omnis causa differt realiter a suo effectu. alioquin eadẽ
res causaret seipsam qđ est contra Augustinũ dicentẽ ni
3ᵃ dif. hil gignit seipsũ. ¶ Tertia diffi. si iste effectus formalis
realiter a tali causa distinctus se habet per additionem
ad materiam ⁊ formã cũ sit effectus formalis forme: ita
istud quale se habet per additionẽ ad qualitatẽ ex quo
4ᵃ dif. est eius causa formalis. ¶ Quarta diffi. si illud qđ addit
Solo istud quale ad qualitatẽ est aliquid absolutũ. ¶ Dicit
autẽ ꝙ sic: qꝛ qualis est forma talis est eius effectꝰ forma
lis: ⁊ ideo sicut forma respectiua nõ põt dare absolutum
esse: ita forma absoluta: qualis est qualitas: non põt da/
5ᵃ dif re esse respectiuũ. ¶ Sed remanet quinta diffi. qꝛ si ponat
aliqua tertia entitas absoluta resultãs ex forma ⁊ subie/
cto tali sicut ex cõponẽtibꝰ: cũ vtrũꝗ̃ componẽtiũ sit itri/
secum composito: tūc compositũ erit melius componẽti/
bus: ⁊ sic albũ erit melius ꝗ̃ homo ⁊ adueniẽte quolibet
accidente fiet meliꝰ compositũ ꝗ̃ sit ipsa substãtia: ⁊ hoc
6ᵃ dif. videt inconuenientissimũ. ¶ Sexta dif. qꝛ forsitã diceret
ꝙ in talibꝰ cõponentibꝰ accidẽtiũ cũ subiecto nõ includi
tur in illa tertia entitate substantia sicut in cõpositiõe de
genere substãtie: sed effectꝰ formalis formã tñ includit.
Istud tamẽ non est intelligibile. qꝛ omne compositũ re/
sultans ex aliqbꝰ includit illa componẽtia vt videt ⁊ ab/
solutũ posterius sit semper perfectius suis principijs cõ/
stitutiuis. ¶ Sed reuertit difficultas si ponat respectiuũ Dif.
illud qđ resultat quomodo potest saluari ꝙ tale esse sit a
forma absoluta. ¶ Dicit ꝙ eẽ albũ nõ videt eẽ nisi in se Solo
formaliter habere albedinem: ⁊ istud in se habere ꝯstat
ꝙ dicit respectiuũ: ⁊ sic albedo sm hanc viam dat esse ab
solutum dando seipsam sed vltra ipsam quicquid dicit
effectus formalis est respectiuum.

Quadragesimusquartꝰ passus 44ᵘˢ pas.

est: ꝙ inest contrarietas sm ꝙ quale est: vt iustitia iniu/
stitie cõtraria est: ⁊ albedo nigredini: ⁊ idẽ dicit de qua/
li sicut iustum ⁊ iniustũ. caᵒ. eodẽ. Et adiũgit duo nota/
bilia. ¶ Primũ est nõ in omnibus est cõtrarietas: sic exẽ p^m no^m
plificat de medijs coloribꝰ: vt in rubeo ⁊ pallido vbi ne/
gat contrarietatẽ. ¶ Secũm notabile est ꝙ si vnũ ꝯtrariorũ 2^m
est quale ⁊ reliquũ erit quale: qꝛ ꝯtraria sunt in eodẽ ge/
nere. ¶ Sꝫ orit dif. si motus semper est inter extrema cõ Dif.
traria ⁊ ꝯtingit fieri motũ inter colores medios sicut ru/
bedo ad viriditatem. ¶ Dicitur autem ꝙ ibi contrarie Solo
tas negari non potest vt vnam possit cadere sub disgre/
gatiuo vt rubedo: ⁊ aliud sub cõgregatiuo vt viriditas:
sed non est sic directe ⁊ primo contrarietas sicut inter al/
bedinem ⁊ nigredinem: per quarum participationẽ alij
colores adinuicem contrariantur.

Quadragesimusquintus pas/ 45ᵘˢ pas.

sus est: ꝙ suscipit qualitas magis ⁊ minus: album enim
magis ⁊ minus alterum altero dicitur ⁊ iustum. caᵒ. eo.
Et istum passum prosequens ponit ibi duo notabilia in
eodem textu. ¶ Primum est ꝙ lꝫ iustum recipiat magis p^m no^m
⁊ minus: dubium tamen est de iustitia ⁊ alijs affectioni/
bus: qꝛ dicunt: inquit: aliqui ꝙ iustitia sanitas ⁊ grãma/
tica non sm magis ⁊ minus dicunt: lꝫ alter altero sit grã
maticior iustior ⁊ sanior. ¶ Secũdum notabile ꝙ nõ oĩa 2^m
qualia suscipiunt magis ⁊ minus: sicut exẽplificat de tri
angulo ⁊ circulo ⁊ generaliter cõcludit de omni figura: et
assignat rationem: qꝛ quecũꝗ̃ suscipiunt triãguli diffini/
tionem ⁊ circuli nihil magis alterum altero dicit. ¶ Ex
quibus notabilibꝰ accipiunt duo pꝛica documẽta. Pri/ p^m do^m
mũ est ꝙ forme que intendũtur ⁊ remittũtur nõ recipiũt
magis ⁊ minus sm se sed sm subiecti participationẽ: qꝛ
dicit ꝙ iustitia non recipit magis ⁊ minꝰ sed iustũ. ¶ Se 2^m do^m
cũdum documentum ꝙ nulla forma recipit magis ⁊ mi
nus nisi vbi participatur sm magis ⁊ minus eius ratio
diffinitiua: quia ideo probat triangulum ⁊ circulum non
recipere magis ⁊ minus: qꝛ sm eorũ diffinitiones nihil
magis altero dicitur. ¶ Sed oritur difficultas si primũ Dif.
documentum procedit ꝙ per solã subiecti participatio
nẽ fiat forme intensio: aut forma in se non intendat nisi
quanto plus in subiecto intimatur sicut aliqui putant.
¶ Dicitur autem ꝙ non: quia si per talem intimatiõẽ: Solo
eo ꝙ maior intensiue: fieret intẽsio omnis forme cũ ipsa
intensio sit quedam forma: tunc aliqua forma per se in/
tẽderetur. ¶ Secũda difficultas quid dicet ad illud qđ 2ᵃ dif.
contrariari videtur. ¶ Dicitur ꝙ iustitia in sua vltima Solo
ta abstractiõe nõ intẽdit in sua quiditate ꝑcisa sed bene
vt est indiuiduata: ⁊ per cõsequẽs quodãmodo concre/
ta: ⁊ potest dici quale: ⁊ ista videt intentio sua. ¶ Tertia 3ᵃ dif.
difficultas si scõm documentum procedit vt fiat intensio
in forma sm qđ participatur a suis indiuiduis magis ⁊
minus eius ratio diffinitiua. ¶ Dicitur autem ꝙ non: Solo
quia tota diffinitio saluatur equaliter in quolibet indiui
duo cum in ea nullatenus distinguantur: ⁊ ideo sm ratio
nem quidditatiuã sue speciei nunꝗ̃ in indiuiduis est ma
gis ⁊ minus. ¶ Quarta difficultas quid tunc dicetur ad 4ᵃ dif.
illud documentum. ¶ Dicitur ꝙ non comparat rationẽ Solo
diffinitiuam speciei ad sua indiuidua: sed ad subiectũ:
⁊ tunc verum est ꝙ illud quod habet plus de congrega/
tiuo visus habet plus de nigredine.

Quadragesimussextus passus 46ᵘˢ pas.

est: ꝙ proprium est qualitati s̄m eam simile vel dissimi-
Cōtra le dici. capitulo eodem. ¶ Sed contra assignationē huius
p̄ ius proprij instatur quadrupliciter. Primo quia omnis
propria passio inest adequate: nullum autem istorum
2° simile vel dissimile est adequatum qualitati. ¶ Secun-
do quia nullum accidens videtur propria passio cū sint
predicabilia ex opposito distincta: ⁊ tamen similitudo est
3° accidens qualitatis cū sibi adueniat ⁊ discedat sine eius
corruptione: ⁊ ita dissimilitudo. ¶ Tertio quia nō vide-
tur quare substantialis similitudo non adueniat substā-
tie s̄m quā dicitur simile a simili generari in substantia-
4° libus: sicut similitudo accidentalis qualitati. ¶ Quarto
quia in relationibus ⁊ ceteris predicamentis posteriori-
bus est vera conformitas: ⁊ illa non est idētitas stricte:
Ad p̄m nec equalitas: ⁊ sic non restat nisi similitudo. ¶ Ad primū
dicendum. ꝙ quando est passio determinata tūc est ade-
quata sicut risibilitas homini: quando autem est passio
disiuncta sicut est par ⁊ impar circa numerum: tunc suffi-
cit vtrunq̄ extremum sub disiunctione esse adequatum:
Ad 2m sicut est in proposito. ¶ Ad secundum ꝙ licz accidens non
possit esse passio determinata: tamen bene disiūcta: quā-
do sub disiunctione inest necessario. ⁊ si ita est omnia cō-
traria immediata forent passio disiuncta ⁊ sub illa disiū-
ctione non accidunt. ⁊ iterum si ita est per nullam poten-
tiam poterit qualitas simul absolui a similitudine ⁊ dissi-
militudine vt aliqui putant: cum passio sit inseparabilis
Ad 3m simpliciter a subiecto. ¶ Ad tertium ꝙ licz largo modo su-
mendo in substantialib⁹ sit similitudo: tamen stricte nō
cum sint tres modi cōformitatis: scilicet idētitas que est
in substantia: equalitas in quantitate: ⁊ similitudo in q̄-
Ad 4m litate. ¶ Ad quartum ꝙ cum in illis predicamētis sit ve-
ra conformitas eo ꝙ sunt ibi idez genere ⁊ specie sicut in
alijs: oportet ponere quatuor modos conformitatis q̄-
uis vnus sit innominatus: aut aliquod istorum ibi poni.
Dif. ¶ Sed oritur difficultas si in qualitate est similitudo in-
Solo ter illa que sunt idem genere. ¶ Dicitur ꝙ sic quāuis re
mote: quia cum sint idem genere oportet ibi ponere con-
formitatem que fundatur supra vnum: ⁊ in qualitate nō
2° dif. est conformitas nisi similitudo. ¶ Secunda difficultas.
quia similitudo ⁊ dissimilitudo sunt contraria: ⁊ inter il-
Solo la que sunt distincta specie semp est dissimilitudo. ¶ Di-
citur autem ꝙ non est inconueniens si vnum contrario-
rum insit s̄m rationem generis: ⁊ aliud s̄m rationem spe-
cificam: sicut constat eadez genere distincta esse specie: cū
idētitas ⁊ diuersitas contrarientur...

47° pas. Quadragesimusseptim⁹ pas-

sus est: ꝙ si contingit hoc ipsum quale relatiuum esse: ni-
hil inconueniens in vtrisq̄ est hoc generibus annume-
rare. capitulo eodez. Et istud ipse inducit ad excusandū
Do= se: quia tractando de qualitate multa interseruit de ad
aliquid: sicut habitum ⁊ dispositionez. ¶ Et tunc ex isto
passu accipitur documentum ꝙ vnuz ⁊ iddem potest esse
simul in diuersis predicamentis: quia dicit ꝙ nihil est in-
conueniens iddez quale annumerare in vtrisq̄ generi-
Contra bus: scilicet relationis ⁊ qualitatis. ¶ Sed cōtra hoc do-
p̄ cumentum arguitur quadrupliciter. Primo quia diuer-
sorum generum ⁊ non subalternatim positorū: vt patu-
it: diuerse sunt species ⁊ differentie: ⁊ sic vna species que
detur: puta habitus: non poterit esse in relatione ⁊ qua-
2° litate que non subalternantur. ¶ Secundo quia quecū-
q̄ sunt iddez numero sunt iddez specie: ⁊ quecunq̄ sunt
iddez specie sunt iddem genere: cum iste idētitates sint
sicut subordinate: ⁊ ideo si eadem ponatur forma in nu-
3° mero necessario est in genere vno ⁊ nō in plurib⁹. ¶ Ter-
tio quia quecunq̄ differunt genere differūt specie: ⁊ que-
cunq̄ differunt specie differūt numero: ⁊ ideo si vna for-
ma ponatur in diuersis generibus nō erit vna forma nu-
4° mero: sed due forme. ¶ Quarto quia quecūq̄ sunt in di-
uersis generibus habent in illis diuersas diffinitiōes cō-
stitutas ex generibus ⁊ differentijs: ⁊ sic diuersas essen-
Sen. p̄pa tias: ⁊ tunc non erit vna forma. ¶ Ideo dico ꝙ iddē sim-
pliciter non potest esse in diuersis generibus disperatis:
quia omnia talia essentialiter sunt distincta ⁊ essentiali-
ter distincta non simpliciter videntur esse vnum. ¶ Sed Dif.
tunc remanet difficultas. quia dicit Aristo. nihil esse in-
conueniens iddez quale in diuersis generibus annume-
rare. ¶ Dicitur autem ꝙ istud quale inquantum repo- Solo
nitur in diuersis predicamētis: puta habitus: nō est vnū
simpliciter: sed duo: scilicet respectus ad oppositum qui
est de genere relationis ⁊ fundamentum eius qđ est de
genere qualitatis: sicut cum dicitur albuz formale est q̄-
litas ⁊ fundamentale est substantia.

Quadragesimusoctauus pas- 48° pas.

sus est: ꝙ pene in omnibus talibus qualia sunt habitus
⁊ dispositiones genera ad aliquid dicuntur: nil autez eo-
rum que singularia sunt inferiora: qđ exemplificat de spe-
ciebus dicens ꝙ disciplina dicitur alicuius disciplina et
non grāmatica aut musica: nisi forte: alt: s̄m gen⁹: vt grā-
matica est alicuius disciplina. capitulo eodem. ¶ Sz cō- Contra
tra hunc passum instatur quadrupliciter. Primo quia p̄
quando alterum de altero predicatur vt de inferiori: q̄-
quid per se predicatur de predicato: predicatur ⁊ de sub-
iecto: s̄m regulam superius datā: ⁊ ideo si genus est ibi
ad aliquid necessariū est vt species ei subiecta sit ad ali-
quid. ¶ Secundo quia quicquid conuenit inferiori con- 2°
uenit ⁊ superiori: per locū a parte subiectiua: ⁊ ideo si spe-
cies est ad se oportet ꝙ genus sit ad se: ⁊ eē ad se dicit eē
absolutum. ¶ Tertio quia genus respectiuū semper di- 3°
uiditur per differentias respectiuas: cum differentie ad
idem genus reducantur: ⁊ sic species omnis sub genere
tali constituta semper erit respectiua sicut eius diffinitio
tota. ¶ Quarto quia omne cōstitutū ex absoluto ⁊ respe- 4°
ctiuo est re pectiuum: sicut constitutum ex substantia et
accidente semper dicitur per accidens totum: eo ꝙ effe-
ctus se tenet ex parte magis variabili: ⁊ ideo cum genus
intret speciei quiditatem quantūcunq̄ alia omnia forēt
absoluta quelibet species generis respectiui erit respe-
ctiua. ¶ Ideo dico ꝙ in omni p̄dicamēto ⁊ genere quan- Sen. p̄pa
do superiora sunt quiditatiue ad aliquid ⁊ inferiora: cū
superiora essentialiter in inferioribus includanť. ¶ Sed Dif.
oritur difficultas quare ponit hic Aristo. superiora esse
ad aliqđ ⁊ non inferiora. ¶ Dicitur ꝙ illa superiora nō Solo
sunt magis ad aliquid s̄m esse q̄ inferiora: sed tn̄ s̄z di-
ci: quia nomen superioris dat intelligere respectū quem
non dat intelligere nomen inferioris: sicut disciplina dat
intelligere respectum ad docentem quem non dat intelli-
gere grāmatica. ¶ Intelligendum tamen ꝙ s̄m istū mo- No=
dum inuenitur quadrupler proportio in genere qualita-
tis. Quarum prima est ꝙ tam superius q̄ inferius sunt p̄°
ad aliquid: sicut patet in scientia ⁊ habitu quorum vtrū-
q̄ dicit respectum ad oppositū. ⁊ s̄m ipsum Arist. vtrū-
q̄ ad aliquid dicitur cū sciētie sit genus habitus. ¶ Se- 2°
cunda proportio ꝙ inferius est ad aliquid ⁊ non superi-
us: sicut habitus ⁊ dispositio s̄m ipsum ad aliquid dicū-
tur: ⁊ tamen qualitas non dicitur ad aliquid s̄m se sum-
pta: aut qualitas spiritualis: aut non: quia non dicit illū
respectum. ¶ Tertia proportio ꝙ inferius non dicit ad 3°
aliquid sed superius: sicut hic dicit de grāmatica ⁊ disci-
plina: quia nec grāmaticam nec musicam vult ad aliqđ
dici licz bene disciplinam. ¶ Quarta proportio ꝙ nec su- 4°
perius nec inferius ad aliquid dicūtur: sicut albedo ⁊ co-
lor que ita dicuntur ad se ꝙ non ad aliquid. ¶ Sed re- Dif.
manet difficultas quia omnis color est alicuius color et
similiter albedo ⁊ sic de quacunq̄ specie data de genere
qualitatis. ¶ Dicitur ꝙ color vt color nullius est: licz be- Solo
ne vt est forma vel accidens: ⁊ istud subintelligitur cum
dicitur alicuius color vel vt inherens est.

Quadragesimusnon⁹ passus 49° pas.

est: ꝙ facere ⁊ pati recipiunt magis ⁊ minus: id est actio
⁊ passio: ⁊ cōtrarietatē sicut calefacere ⁊ frigefacere sunt
contraria ⁊ calefieri ⁊ frigefieri: ⁊ ista fiunt s̄m magis et
minus. capitulo sexto. ¶ Sz oritur difficultas. si iste due Dif.
proprietates: scilicet habere cōtrarietatē ⁊ suscipere ma-
gis ⁊ minus sint adequate. ¶ Dicit̄ ꝙ sic quātū ad ista Solo

predicamenta: quia sicut supra patuit quecunq; suscipi-
unt contrarietatem suscipiunt magis ⁊ minus ⁊ econver-
2ª dif. so. ¶ Secunda difficultas que istarum proprietatum in
Solo habentibus eas est prior. ¶ Dicitur autem ꝙ contra-
rietas inest naturis ex rationibus suis formalibus cum
contrariorum sint contrarie diffinitiones: intensio autez
⁊ remissio inest ex quantitate virtutis cuius passio est eq-
litas ⁊ inequalitas intensiua: quiditas autez in omnib⁹
3ª dif. preuenit quantitatem. ¶ Tertia difficultas si contrarie-
tas est causa susceptionis magis ⁊ minus sicut aliqui di-
Solo cunt. ¶ Dicitur autem ꝙ licet ipsam preueniat: non tamen
videtur ipsius causa: quia vniformiter semper contrarie
tate manente fit variatio in intensione ⁊ remissione. vn-
4ª dif. de causa proxima videtur esse diuersitas forme sm gra-
dus per quos fit talis intensio ⁊ remissio. ¶ Quarta dif-
ficultas. quia videmus ꝙ lux intenditur ⁊ remittitur: cum
nullum tamen contrarium habeat positiuum: ⁊ sic istius
intensio ⁊ remissio fit sine contrarietate: ⁊ per cõsequens
non sunt adequate iste contrarietates ⁊ intensiõis ac re-
Solo missionis proprietates. ¶ Dicitur autem ꝙ non oportet
ponere talem adequationem nisi quo ad predicamenta
que iam fuerunt ostensa.

50ᵘˢ pas. **Quinquagesimus passus ē: ꝙ**

de situ dictum est in his que sunt ad aliquid: quia deno-
minatiue a positionibus dicuntur: de reliquis autez sci-
licet quãdo: vbi: ⁊ habitus: eo ꝙ manifesta: inquit: sunt
nihil aliud dicitur ꝙ̄ quod in principio dictum est: quan
do scilicet superius enumerauit predicamenta capitulo
primo: ⁊ istud dictum ponitur capitulo septimo. Et sic fi
nit tractatum predicamentorum ⁊ transit ad postpredi-
Dif camenta. ¶ Sed oritur difficultas quid est predicamen
Solo tum. ¶ Dicitur ꝙ dupliciter accipitur predicamentum.
Uno modo pro ordinatione predicabilium in eodez ge
nere tali. ⁊ sic videtur sapere naturam totius integralis.
Alio modo pro genere generalissimo sub quo fit talis co
ordinatio. ⁊ sic pertinet ad naturam totius vniuersalis.
2ª dif. Et ideo magis est propria acceptio ista. ¶ Secũda dif-
ficultas si predicamentum dicitur vniuoce de decem pre
Solo dicamentis vel generibus istis. ¶ Dicitur autem ꝙ sic:
quia cum predicamentum sit genus generalissimũ istud
dicitur de quolibet talium sm idem nomen ⁊ sm eandẽ
diffinitionez: accepta diffinitione generis generalissimi
3ª dif. superius data. ¶ Tertia difficultas. si predicamentuz vt
Solo dicitur vniuoce de istis est genus. ¶ Dicitur autem ꝙ
non quia sic est secunda intentio que non predicatur in
quid de suis inferioribus: immo est transcendens: quia
nihil est cõmune decem predicamentis nisi transcenden
4ª dif. tia. ¶ Quarta difficultas in quo differunt predicabile ⁊
Solo predicamentum. ¶ Dicitur ꝙ in ordine secundarum in
tentionum predicamentum continetur sub predicabili si
cut eius pars subiectiua: quia cum genus ꝯtineatur sub
predicabili ⁊ genus subdiuidatur in subalternum ⁊ gene
5ª dif. ralissimum istud continetur sub eius contento. ¶ Sz re-
manet quinta difficultas. si ista decem predicamẽta sunt
Solo simpliciter simplicia. ¶ Dicitur ꝙ sic quia ad ipsa stat vl
tima resolutio omnium quiditatum diffinibilium in ge
nere. ⁊ illud est simpliciter simplex qđ est irresolubile in
alia: sicut in partes essentiales sicut simpliciter indiuisi-
bile in quantitate qđ nullam habet partem in quã diui-
6ª dif. datur. ¶ Sexta difficultas. si ista decez sunt primo diuer
Solo sa: id est se totis distincta. ¶ Dicit ꝙ sic accepta sm suas
quiditates: alioquin nõ eẽnt decẽ pma pncipia: q2 si per
aliqđ conuenirent ⁊ per aliquid differrẽt illa per que dif-
ferrent ⁊ cõuenirent essent eoꝝ essentialia principia.

51ᵘˢ pas. **Quĩquagesimusprimus pas-**

sus est: ꝙ dicitur alterum alteri opponi quadrupliciter.
aut sicut ad aliquid: id est relatiue opposita vt duplũ di
midio: aut sicut contraria vt malum bono: aut sicut pri-
uatiua vt visus ⁊ cecitas: aut sicut affirmatio ⁊ negatio:
idest ꝯtradictoria. vt sedere ⁊ non sedere. capitulo eodẽ.
Et adiungit ꝙ differunt relatiue opposita a contrarijs:
quia vnum illorum dicitur alterius vt duplum dicit di-
midij: ⁊ in contrarijs vnum non est alterius sicut bonum
mali. ¶ Et circa istum passum eliciuntur quatuor cõclu-
siones. Quarum prima est ꝙ oppositio non est aliqua en 1ª ꝯclio
titas absoluta sed respectiua: quia omne oppositum di-
citur oppositum ad aliquid ⁊ non ad se que est quiditas
respectiuorum. ¶ Secũda conclusio ꝙ iste respectus op 2ª ꝯclio
positionis non est extrinsecus adueniens sed intrinsec⁹:
quia oppositio oritur inter opposita ex rationibus for-
malibus talium extremorum. ideo enim albedo opponi
tur nigredini: quia color iste disgregatiuus ⁊ ille congre
gatiuus est visus sm suam rationem diffinitiuam: ⁊ illa
que consurgũt ex rationibus formalibus omnia sunt in-
trinseca. ¶ Tertia conclusio ꝙ iste respectus nõ est in ge 3ª ꝯclio
nere existens: sed transcendens: quia que conueniunt en
ti anteꝙ̄ descendat in decem predicamenta sunt transcẽ
dentia cum non possint esse in genere constituta. Oppo-
sitio autem est huiusmodi: quia cum in illo priori diuidi
tur ens per absolutum ⁊ respectiuum iste differentie ha-
bent abinuicem oppositionem que constituunt ex opposi
to distincta. ¶ Quarta conclusio ꝙ iste respectus non est 4ª ꝯclio
equiparantie sed disquiparantie: quia cõsurgit inter ex-
trema diuersarum rationum cum sm eandem rationez
nunꝙ̄ alterum alteri opponatur. ¶ Sed contra has con Contra
clusiones instatur quadrupliciter. Primo quia idẽ nõ P°
potest esse superius ⁊ inferius eodem modo: si autem en
titas ista est relatiua sm suam quiditatem: tunc relatio
in plus se habet ꝙ̄ oppositio: cum de alijs etiam dicatur
puta de conformitate: ⁊ tamen in isto passu ponitur rela
tiua oppositio que est adequata toti relationis predica-
mento vt species eius. ¶ Secundo quia sursum ⁊ deor- 2°
sum respectus oppositionis dicuntur. ⁊ tamen sunt respe
ctus extrinsecus aduenientes: cum manentibus hisdez
extremis illud qđ est sursum possit fieri deorsum ⁊ econ-
uerso. ¶ Tertio quia isti respectui ꝯuenit quecunq; dif- 3°
finitio data de relationis predicamento: ⁊ tamen nulla
diffinitio se extendit vltra suum diffinitũ. ¶ Quarto q2 4°
non referuntur difformiter adinuicem opposita sicut pa-
ter ⁊ filius aut dominus ⁊ seruus sm aliud nomen ⁊ sm
aliam rationem: imo videtur ꝙ conformiter: ⁊ sic sm eq
parantiam. ¶ Ad primum dicitur ꝙ respectus qui diui- R̃ſir ad pᵐᵘᵐ
ditur in istas quatuor oppositionis species est transcen-
dens vt patuit: ⁊ ille qui continetur vt species oppositio
nis sub eo est non transcendens sed limitatus. Idez au-
tem potest esse superius ⁊ inferius sm diuersas coordi-
nationes vt alibi patebit. ¶ Ad secũdum ꝙ lz sursum et Ad 2ᵐ
deorsum sint respectus extrinsecus aduenientes corpo-
ri: tamen inter respectus sursum ⁊ deorsum consurgit op
positio ex rationibus formalibus ita ꝙ ipsis existentib⁹
non potest non esse oppositio talis. ¶ Ad tertium ꝙ illa- Ad 3ᵐ
rum diffinitionum datarum ipsius relationis quelibet
diffinitio conuenit respectibus transcendẽtibus vniuer
sis: ⁊ ideo nõ videtur esse adequata huic generi nisi sub
intelligatur determinatio limitationis vel finitationis.
¶ Ad quartum ꝙ lz non difformiter referantur in voce Ad 4ᵐ
tamẽ bene in re: sicut dissimilitudo: inequalitas ⁊ diuer-
sitas eodem nomine referuntur adinuicez tamen est ibi
realis disquiparantia rationum formaliuz. ¶ Sed orit Dif.
difficultas si oppositio dicit dissimilitudinem inter duas
contrarias qualitates. ¶ Dicitur ꝙ non videtur: quia Solo
inter extrema eiusdem rationis inquantuz talia semper
pullulant respectus rõnis eiusdem ⁊ ista sm rõnem illaz
sm quã sunt dissimilia sunt ꝯtraria. ⁊ tunc idem sequit
de inequalitate in quãtitate ⁊ diuersitate in substantia.

Quinquagesimussecũdus pas 52ᵘˢ pas.

sus est: ꝙ contrariorum quedam sunt in aliquibus nata
fieri circa iddem que sunt imediata: sicut sunt par ⁊ im-
par circa numerum. ⁊ sanitas ⁊ egritudo circa aial. ⁊ ta-
lium necessarium est semper inesse alterũ. Alia sunt me-
diata sicut album ⁊ nigrũ ⁊ taliũ non est necessariuz inesẽ
verum. capitulo eodez. Et adiungit ꝙ in aliquibus con
trarijs mediatis nomina sunt posita sicut medium in-
ter albedinem ⁊ nigredinem est fuscum ⁊ pallidum. In

alijs antẽ nomina in medio: inquit: assignare idoneum
non est: sed per vtrius𝔮 suorum id est extremorum abnega-
tionem qd medium est terminatur vt quod nec bonum
nec malum. ¶ Ex quo passu accipiuntur quatuor phys-
pᵐ docuᵐ ca documẽta. Primũ est ꝙ contraria nata sunt fieri cir-
ca idẽ: quia supponit hic cum diuidit contraria per me-
diata ꝛ imediata: quia vtra𝔮 nata sunt fieri circa idẽ.
2ᵐ ¶ Secũdum documentum est ꝙ in contrarijs imedia-
tis remoto vno ponitur reliquum: quia dicit ꝙ semper ne-
cessarium est inesse alterum: ꝛ ideo locus a contrarijs in-
mediatis non solum tenet affirmatiue vt posito vno re-
mouetur reliquum. Immo etiã negatiue ꝙ remoto vno
3ᵐ ponitur reliquum. ¶ Tertiũ documẽtum est ꝙ in ꝯtra-
rijs mediatis remoto vno nõ ponit necessario reliquum
lz vno posito reliquũ remoueatur: q: dicit ꝙ in talibus
non est necessarium alterum inesse: ꝛ inde sequitur ꝙ lo-
cus a cõtrarijs mediatis non tenet destructiue sed con-
structiue tñ: vt posito vno remoueatur reliquũ: ꝛ tamẽ
4ᵐ non remoto vno aliud ponatur. ¶ Quartũ documẽtum
est ꝙ in contrarijs mediatis contingit assignare mediũ
per vtrius𝔮 abnegationem extremorum: q: dicit hic me-
diũ assignari per vtrius𝔮 suorum. i. extremorũ abnega-
Noᵐ tionem. ¶ Intelligẽdum tamẽ est ꝙ quatuor modis con-
tingit aliquod medium assignari inter aliqua extrema.
Primo illud qd se habet per vtrius𝔮 extremi perfectã
Mediũ q̃-druplicitr. inclusionem: sicut compositũ ponitur esse medium inter
materiam ꝛ formã. Unde Boetius diuidẽs substãtiã
in materiã ꝛ forma ꝛ compositũ: pro isto modo dicit: ꝙ
relictis extremis de medio est agẽdum. Secundo id qd
se habet per vtrius𝔮 extremi abnegationem: sicut ponit
hic exẽplum Aristo. de prauo ꝛ studioso quorum mediũ
vtrũ𝔮 negat: vt puer q nõ est prauus nec studiosus. Ter-
tio illud qd se habet per vtrius𝔮 extremi participationẽ
formalem: sicut tepidum est medium inter calidũ ꝛ frigi-
dum: quia vtrũ𝔮 formaliter participat in motu calefa-
ctionis: cum omne mobile sit in termino partim a quo ꝛ
partim in termino adquem. Quarto id qd se habet per
vtrius𝔮 participationẽ virtualẽ: sicut medij colores di-
cuntur participare extrema: non quidem formaliter cũ
sint species cõtrarie ĩpossibiles sed virtualiter vt vulgo
dicitur sicut dicitur de elemẽtis respectu mixti.

53ᵘˢ pas. Quinquagesimustertiꝰ passus

est: ꝙ priuatio ꝛ habitus fiunt circa idem subiectũ ordi-
ne irregressibili: sicut visus ꝛ cecitas circa oculũ. capitulo
eodem. Et adiũgit ꝙ priuari dicitur habitu susceptiuũ
quando illud qd natum est habere nõ habet: sicut: inq̃t:
nõ dicuntur edentuli qui non habẽt dentes: aut ceci qui
carent visu: sed quando contingit habere ꝛ nõ habent. i.
quando sunt idonei ad habendum ꝛ carent. Ex quo pas-
pᵐ docuᵐ su eliciuntur quatuor philosophica documẽta. ¶ Primũ
est ꝙ priuatio semper concernit subiectum: quia dicit ꝙ
priuatio ꝛ habitus habẽt fieri circa iddem subiectum: ꝛ
2ᵐ doᵐ ideo circũcernit subiectum. ¶ Secũdum documentum
ꝙ non solum concernit subiectum: sed etiam idem subie-
ctum cum habitu: nam si respiceret aliud non esset priua-
3ᵐ doᵐ tio eius. ¶ Tertium documentum ꝙ priuatio concernit
subiectum aptũ natum: q: sicut hic ostendit non dicitur
priuatum nisi sit aptum natũ: ꝛ per ista tria distinguitur
priuatio a negatiõe que non requirit subiectum: nec per
cõsequens iddem subiectum: nec etiam aptũ natũ sicut
4ᵐ doᵐ lapis quãuis non sit cecus: tamẽ est nõ videns. ¶ Quar-
tum documẽtum ꝙ priuatio ꝛ habitus habẽt ordinẽ ir-
regressibilem. i. ꝙ ab habitu est deuenire in priuationẽ
Cõtra ꝛ a priuatione in habitum non est deuenire. ¶ Sed con-
p̃ tra hanc irregressibilitatem instaꝛ quadrupliciter. Pri-
mo in generatione forme substãtialis fit processus a pri-
uatione ad formam: cum priuatio sit talis generationis
2° principium. ¶ Secũdo quia tenebra ꝛ lux sunt priuatiue
opposita in formis accidentalibus: ꝛ tamẽ cõtingit mul-
3° totiens venire a tenebris ad lucem. ¶ Tertio q: in exem-
plo hic posito de edentulo patet ꝙ a priuatione dentium
4° amissorum deuenitur sepe ad habitum. ¶ Quarto quia
in exemplo de ceco nonnulli ex cecitate per albuginẽ fue-

rũt per artem medicine ad visum reducti. ¶ Ad primũ Rñr ad pᵐ.
ꝙ in processu a tali priuatione ad formam non est ad ha-
bitum regressio nisi prius illa fuisset prehabita: ꝛ tũc non
esset reducibilis per naturam. ¶ Ad scdm q: cũ dicitur Ad 2ᵐ
a priuatione nõ est deuenire ad habitũ sic est intelligẽdũ
iam amissum pro eo qd iddem numero nõ est reparabi-
le per naturã: ꝛ in noua illuminatiõe nõ fit talis regres-
sio: sed noue lucis ꝓductio. ¶ Ad tertiũ ꝙ nõ recuperaꝛ Ad 3ᵐ
dens amissus sed ꝓducitur nouus: q: distinctus numero
formatus. ¶ Et si dicaꝛ ꝙ eodẽ mõ est impossibile deue-
nire ad eãdem numero priuationẽ ab habitu. Non va-
let: q: eadẽ numero priuatio reuertitur dente corrupto
qui fuit ante eius priuationẽ cũ vnius positiui in nume-
ro sit vna priuatio in numero. ¶ Ad quartũ ꝙ ibi nõ est Ad 4ᵐ.
priuatio visus cũ sit ibi potẽtia visiua quãdiu organum
manet incorruptũ: ꝛ ideo nõ est in tali illuminatiõe ꝓces-
sus a cecitate vera: sed solũ ab obstaculo visiõis sicut cũ
facies velata reuelatur. ¶ Sed oritur difficultas. q: dñs Dif.
noster Jesus christus inter cetera sue deitatis miracula
non solum cecum natum illuminauit: sed ꝛ multis cecis
lumen restituit regressu a priuatiõe ad habitũ. ¶ Dicitꝛ Solũ
autem ꝙ quidam catholicus auctor istam regulam redi-
gens in obsequium christi dicit ꝙ a priuatiõe non est de-
uenire ad habitum nisi per miraculum.

Quiquagesimusquartꝰ passus 54ᵘˢ pas.

est: ꝙ ꝛ priuari ꝛ habere habitũ nõ est habitus ꝛ ꝑuatio:
q: hẽre visũ nõ est visus: nec habere cecitatẽ est cecitas
nam si idẽ: ait: essẽt cecitas ꝛ cecũ eẽ vtrũ𝔮 de eodem p-
dicaretur: nũc vero minime: sed cecus dicitur hõ ꝛ nõ ceci-
tas. capitulo eodẽ. Et adiũgit ibidem ꝙ eũdem modũ
oppõnis habẽt adinuicem priuari ꝛ habitũ habere tan-
q̃ priuatio ꝛ habitꝰ. ¶ Ex isto autẽ passu accipiũtur duo
philosophica documẽta. Primum est ꝙ in formis deno- pᵐ doᵐ
minãtibus aliqd subiectum concretum ꝛ abstractũ non
sunt idẽ: q: dicit ꝙ habitus ꝛ ꝑuatio non sunt habere ha-
bitum ꝛ priuationem cum duo prima sint abstracta quo-
rũ sequẽtia sunt ꝯcreta. ¶ Scdm est q̃cũ𝔮 aliq̃ duo sũt 2ᵐ
iddẽ de quocũ𝔮 ꝑdicaꝛ vnũ ꝛ reliquũ: q: dicit ꝙ si eẽnt
iddem. s. cõcretũ ꝛ abstractũ vtrũ𝔮 de eodem ꝑdicareꝛ
qd non potest inferri nisi in virtute regule in isto notabi-
li assumpte. ¶ Intelligẽdum tamẽ est ꝙ ex isto documẽ- Noᵐ
to eliciuntur due cõclusiones. Quarũ prima est ꝙ quã- pᵃ ꝯclo
do aliqua duo ita se habẽt ꝙ de quocun𝔮 ꝑdicatur vnũ
non predicatur reliquũ illa non sunt eadẽ: q: quando ali-
qua consequẽtia est bona ad oppositum consequẽtis se-
quitur oppositum antecedẽtis: ꝛ ita est in ista cõclusione
respectu documẽti dati. ¶ Secũda conclusio est ꝙ quan- 2ᵃ ꝯclo
do aliqua duo ita se habẽt ꝙ aliquid ꝑdicaꝛ de vno qd
non ꝑdicaꝛ de reliquo illa duo non sunt idem. q: nõ hñt
maiorem efficaciã affirmatio vel negatio cõcludẽdi nõ
idẽtitatem ex parte subiecti q̃ ex parte ꝑdicati cum vni-
uersalis negatiua cõuertatur simpliciter. ¶ Intelligẽdũ Noᵐ
vlterius ꝙ iste due cõclusiones inferũt duo correlaria.
Quorum primũ est ꝙ omne superius aliquo modo disti- pᵐ corᵐ.
guitur a suo inferiori: quia iuxta primum documentũ su-
perius de aliquo predicatur de quo inferius non predi-
catur. ¶ Secundum correlarium est ꝙ suppositum di- 2ᵐ corᵐ.
stinguitur a natura: quia suppositũ dicitur de aliquo de
quo non dicitur natura sm documentum secundum: q:
sunt iddem homo ꝛ humanitas.

Quiquagesimusq̃ntus passus 55ᵘˢ pas.

est: ꝙ sicut affirmatio negatiõi opposita est vt qd sedere
qd nõ sedet sic ꝛ res que sub vtro𝔮 opposita ẽ sedẽ ꝛ non
sedere. caᵒ. eo. ¶ Ex quo dicto eliciũtur duo phica docu-
mẽta. Primũ est ꝙ ꝯtradictio de qua hic loquiꝛ sub no- pᵐ doᵐ
mine affirmationis ꝛ negatiõis est realis oppositio ꝛ nõ
tñ rõnis sicut aliq ponũt: q: dicẽ hic ꝙ res que ẽ sub vtro-
q3. s. affirmatiõe ꝛ negatione est opposita. ¶ Scdm docu- 2ᵐ doᵐ.
mentum est ꝙ talis oppositio inuenitꝛ inter actus oppo-
sitorũ obiectorum qualis inuenitur inter ipsa obiecta di-
uersa: quia dicit ꝙ sicut affirmatio negatiõi est opposi-

ta: qđ est intelligendum quātum ad actum affirmandi ⁊
negandi que sunt in aīa: ita dicit ꝙ opponūtur res subie
Dif. cte que .s. obijciunt talib⁹ actib⁹. ¶ Sȝ oritur difficultas
quomō potest esse realis oppositio vbi nō est realitas: cū
vnū extremū ꝯtradictionis sit negatio que nullaȝ habet
Solo realitatē. ¶ Dicit ꝙ ꝓ tanto dr̄ realis oppositio qꝛ in re
est sic ꝙ nō est fabricata ab aīa. si eni nō sedere hominis
eēt ab anima circūscripto ratiōis opere semper sederet:
⁊ ideo ista oppositio vere realis est q̄uis non sit nisi vnū
2ª dif. extremum positiuū reale. ¶ Secūda dif. oppositio est q̄
dam respectus: sicut supra fuit ostensum: ⁊ respectus rea
lis nō est ad nihil: ⁊ ideo cū negatio sit purū nihil: ens po
Solo sitiuū nō potest ad ipm̄ opponi realr̄. ¶ Dicitur ꝙ oppo
sitio positiua nō videtur ꝙ possit eē ad nō ens oīno: q̄lis
est negatio entis: qꝛ negat oēm entitatem: alioqn respe
ctus positiuus esset ad nihil: ⁊ ideo oppositio ista non vi
detur eē positiua sed tm̄ ꝑuatiua: qꝛ lȝ priuatio possit fun
3ª dif. dari in positiuo: nō tn̄ positiuū in priuatiuo. ¶ Tertia dif
ficultas. qꝛ cū genus oppositionis hic diuise sit positiuū:
opȝ ꝙ quelibet eius species sit positiua cuȝ genus in spe
Solo cie essentialr̄ includatur. ¶ Dicit antē ꝙ cōtradictio lȝ
ex modo significādi denotet respectum oppōnis directe:
tamē in re nō dicit nisi incōpossibilitatem taliū extremo
ruȝ: ⁊ ideo nō est directe spēs oppōnis quāuis sic directe
4ª dif. denotētur cū nihileitas in nulla specie icludaẗ. ¶ Quar
ta difficultas est. qꝛ oē ens qđ non est ꝓhibitum est posi
tiuū: cuȝ includat rōneȝ entis simplr̄ que est positiua: nul
la antē species vel genus est ens ꝓhibitū cum illud nō sit
in vllo genere. ergo nec genus oppōnis nec aliqua eius
Solo species erit nisi positiua. ¶ Dicit ꝙ si directe ponaẗ con
tradictio spēs oppōnis: non patet bene fuga: lȝ sicut idē
titas eiusdē oīno ad se nō dicit nisi negationē oīs distin
ctionis ita videẗ ista oppositio ꝯtradictoria dicere solaȝ
5ª dif. extremorȝ incōpossibilitatē. ¶ Sed remanet qnta dif. qꝛ
dicit ꝙ affirmatio ⁊ negatio quātū ad actus intelligendi
ita opponiẗ sicut res affirmatiōis ⁊ negatiōis: ⁊ tn̄ actus
isti sūt positiui nec vnus ē alteri⁹ negatio: cū ambo sint si
Solo mul dū qs cōparet extrema ꝯdictiōis adinuicē. ¶ Dicit
ꝙ non est intelligendum ꝙ actus: accipiendo subiectiue
⁊ formaliter: sic opponantur sicut nec voces: sed obiecti
ue accipiendo obiecta ad que determinantur isto modo
opponuntur voces ratione obiectorum.

56ª pas. Quiquagesimussextus passus

est: ꝙ priuatio ⁊ habitus non sic opponuntur sicut ad ali
quid. Et istud ipse declarat: qꝛ vnum relatiue opposito
rum dicitur alterius vt pater filij ⁊ econuerso. ⁊ tamē nō
in priuatiuis: qꝛ visus nō dicitur cecitatis nec cecitas vi
sus. caplo eodē. Et adiungit ibi aliam differentiaȝ qꝛ di
cit ꝙ omnia ad aliquid .i. relatiua sūt reciprocatiua .i. ad
Dif. conuertētiam dicta. ¶ Sed oritur difficultas. quia sicut
vnum relatiuum dicitur alterius: ita habitus dr̄ respe
Solo ctu alterius habitus. ¶ Dicitur ꝙ habitus dicitur equi
uoce prout distinguitur contra priuationem: ⁊ prout di
stinguitur contra dispositionem: ⁊ lȝ isto modo sit alicui⁹
habitus vtpote obiecti: non tamen primo modo: qꝛ tunc
est idem ꝙ positiuum distinctum contra priuatiuum: et
2ª dif. positiuum non dicitur alicuius positiuum ¶ Secunda
difficultas. qꝛ lȝ forte talis habitus non sit priuatiōis si
bi opposite habitus: tamen priuatio est essentialiter ips⁹
habitus priuatio: cum sit essentialiter carentia ⁊ non ali
Solo cuius nisi eius .s. habitus. ¶ Dicitur ꝙ lȝ forte priuatio
sit alicuius in cōmuni: non tamen cecitas in speciali: aut
alia talis carentia: quia non dicitur visus cecitas nec au
Dub. ōrio. ditus surditas. ¶ Et si dicatur ꝙ cecitas ⁊ surditas sint
Solo essentialiter priuationes ⁊ carentie. ¶ Dicimr autem ꝙ
cecitas quasi essentialiter est ad se ⁊ entitas: quantū ad
suum esse: quasi absoluta: ⁊ sic non est ad aliud: sed pro
ut est non entitas huius: ⁊ sm̄ hoc dicitur carentia ⁊ pri
uatio cause: ⁊ istud non est ei essentiale cuȝ sit quasi respe
3ª dif. ctus consequens ipsam. ¶ Sed remanet tertia difficul
tas quia sm̄ premissa quando alterum de altero predica
tur quicquid predicatur de predicato ꝑdicatur ⁊ de sub
iecto: vt superius est dictum: ⁊ ideo cum ad aliquid pre
dicetur de oppositiōe: ⁊ oppositio de priuatione sicut de
specie subalterna: ⁊ priuatio de visu ⁊ cecitate sicut de spe
cie specialissima: tunc illa erunt essentialiter ad aliquid. Solo
¶ Dicitur autem ꝙ oppositio priuatiua non dicitur in
quid de visu ⁊ cecitate vt superius de inferiori: quemad
modum contrarietas nō dicitur quiditatiue de albedi
ne ⁊ nigredine imo est respectus fundatus in eis ⁊ poste
rior eis cum per cōtrarietatem referantur: sed ista dicū
tur admodū quo secūda intētio dicit de primo denoiati
ue: ⁊ ideo deductio est inualida sicut genus est ad aliqd:
⁊ tamen animal cum sit genus non est ad aliquid.

Quiquagesimusseptimus pas 57ª pas.

sus est: ꝙ non vt contraria opponuntur illa que sm̄ pri
uationē ⁊ habitum dicūtur. ca⁹. eo. Et istud ipse decla
rat dupliciter in codeȝ processu. Primo in contrarijs i
mediatis: qꝛ dicit ꝙ semp in cōtrarijs imediatis alterū
inest susceptibili in quo nata sūt fieri ⁊ non in ꝑuatiōe: qꝛ
dicit ꝙ illud qđ habet nām ad vidēdum: neqȝ cecum est:
neqȝ videns: ⁊ istud ostēdit de catulo ante diē nonū: qꝛ lȝ
sit aptus natus nō tamē pro tūc. Secūdo declarat idem
in ꝯtrarijs mediatis: qꝛ dicit ꝙ in illis nunq̄ necessariū
est alterȝ inesse vel alterutrū nisi alterȝ sit determinatuȝ a
natura sicut calor in igne: aut candor in niue inest. Item
adiūgit differētiā inter priuatiue opposita ⁊ cōtraria oīa
in cōmuni: qꝛ dicit ꝙ in contrarijs cōtingit in alterū fie
ri mutationem nisi alterum insit a natura: vt igni calidū
esse sicut exemplificat cum quis ex studioso .id est virtuo
so fit prauus ⁊ ex prauo dīc ꝙ potest fieri studiosus si ad
meliores exercitationes deducatur. In priuatiuis auteȝ
dicit ꝙ est impossibile mutationem in alterutrum fieri:
lȝ enim ab habitu possit mutari in priuationem: tamen
a priuatione in habitum est: inquit: impossibile: sicut di
cit ꝙ nec cecus factus rursus vidit: nec caluus comatus
factus est: nec cum esset sine dentibus dentes orti sunt.
¶ Sed oritur difficultas quia istud exemplum qđ indu Dif.
cit hic de dentibus videtur contra experientiam cuȝ vi
deamus nōnullos recuperare dentes post amissionem. ⁊
sic erit processus a priuatione ad habituȝ. ¶ Dicitur ꝙ Solo
loquitur de amissione dentium finaliter que est vera pri
uatio de qua hic loquitur sicut non est caluus qui nō est
priuatus capillis nisi finaliter. ¶ Secunda difficultas si 2ª dif.
istam incompossibilitatem regressionis ad habitum in
tendit sm̄ idētitatem specificam: aut solum sm̄ numera
lem. ¶ Dicitur ꝙ non sm̄ numeralem tn̄ sicut supra in Solo
nuebatur: immo etiam sm̄ specificaȝ: quia hic negat istā
mutationem in priuatiuis eo modo quo eaȝ concedit in
contrarijs: ⁊ tamen in contrarijs non potest fieri regres
sio ad idem numero. ¶ Tertia difficultas que est maior 3ª dif
oppositio relatiuorum aut contrariorum. ¶ Dicitur au Solo
tem ꝙ contrariorum quia omnis contrarietas includit
respectuȝ dissimilitudinis ⁊ diuersitatis ⁊ addit ad ipȝ:
⁊ qđ se habet per additioneȝ excedit. ¶ Quarta difficul 4ª dif.
tas. si cōtrarietas est maior q̄ priuatio. ¶ Dicitur ꝙ pri Solo.
uatio videtur esse oppositio maior: quia contraria sem
per in aliquo conueniunt cum sint eiusdeȝ generis: ⁊ per
illud non opponuntur: priuatiue autem opposita se totis
opponuntur cum in nulla ratione conueniant cum vnuȝ
sic formaliter ens ⁊ aliud non ens: ⁊ ens non enti nō op
ponitur in aliquo genere.

Quiquagesimusoctauus pas 58ª pas.

sus est: ꝙ ex studioso prauum ⁊ ex prauo studiosuȝ possi
bile est fieri. Et istud ipse inducit ad exemplificādū quo
modo ex alterutro contrariorum in alterum potest fieri
mutatio. capitulo eodē. Et quia fieri ex studioso prauuȝ
non videtur reputare multum difficile illud dimittit in
discussum ⁊ procedit ad declarandum quomodo potest
fieri studiosus ex prauo: quia istud reputat multum dif
ficile. Et ad istud declarandum ponit ibi quatuor nota
bilia dicta. ¶ Primum est ꝙ prauus ad meliorēs exer 1ᵐ notabile
citationes deductus ⁊ ad doctrinas ad modicum profi
ciet vt sit melior: cuius ratio est quia habitus virtuosus
paulatim

2m paulatim ex talibus actibus generatur. ¶ Secundū no-
tabile ꝙ si semper: id est assidue crementuꝫ sumpserit pa
lam qꝛ perfecte mutabitur: scilicet ad virtutem oppositā
vitio suo: cuius ratio est quia paulatiꝫ ꝓcedendo in ope
3m re assidue tandem venitur ad perfectam. ¶ Tertiuꝫ no-
tabile ꝙ quando prauus modicum crementum sumpsit
virtutis a principio fit bene mobilior ad virtuteꝫ: cuius
ratio est quia contrarium quod impediebat istum motū
4m est remissum per illud crementum. ¶ Quartuꝫ notabile
quia per successiuam sumptionem talis crementi dū sem
per fit id est duꝫ assiduatur restituitur perfecte. i. prauus
in cōtrariuꝫ habitū. s. virtutis: nisi forte aliꝗ tēpore suspen
sum sit. i. interpaulatio facta operandi sm virtutem. Et
istius ratio est qꝛ interemptio temporis in quo non agit
quis sm virtutem est illa in qua est corruptū qđ fuerat p
illud crementum de virtute acquisitum: ꝛ sic patet ꝙ nul
lus potest saluari a prauitate nisi assidue operetur melio
Nom res exercitationes. ¶ Intelligenduꝫ tamen est ꝙ iste pas
sus conuenientissime reducitur in obsequiuꝫ Christi cu
ius cura fuit assidua ex summa eius benignitate sanare
egrotantes egritudine prauitatis moralis. Et hic inue-
nitur modus datus occasionaliter pro exemplo vt quili-
bet prauus sm aliqđ vitiū conetur ad assiduas exercita-
tiones meliores sm virtutem oppositam.

59us pas. Quinquagesimusnonus pas-

sus est ꝙ quecūꝗ tanꝗ affirmatio vel negatio. i. contra-
dictorie opponuntur nullo illorum modoꝝ opposita sunt
sciꝫ relatiue ꝯtrarie ꝛ priuatiue. capitulo eodē. Et istud
ipse declarat dupliciter. Primo quidem quando aliqua
opposita accipiuntur incomplexe vt duplū ꝛ dimidium:
egruꝫ ꝛ sanum: visus ꝛ cecitas: qꝛ ista sic accepta nec sunt
vera nec falsa: cū veritas ꝛ falsitas sint circa cōplexioneꝫ.
ꝛ in contradictorijs si vna est falsa semper alia est vera ꝛ
econuerso. Secundo qꝛ aliquādo aliqua opposita accipi
untur modo complexo sicut exemplificat de languore ꝛ es
se sano in contrarijs: ꝛ de videre ꝛ esse cecum in priuati-
uis: qꝛ neutrum istorum est verum de animali nisi dum
est: imo vtrunqꝫ falsum: ꝛ ita cum animal non est: nō est
verum ipsum esse cecum nec videre: ꝛ ideo in solis con-
Dif. tradictorijs illa proprietas: vt concludit: reperiť. ¶ Sed
oritur difficultas quia sicut vtraqꝫ istaruꝫ esset falsa: ho-
mo est sanus ꝛ homo est eger: aut homo est cecus ꝛ ho-
mo est videns: sine constantia subiecti ita videtur ꝙ iste
due homo est videns ꝛ homo non est videns cuꝫ esse nō
Solo. videntem presupponat esse. ¶ Dicitur autem ꝙ ista nō
sunt contradictoria: quia non videns non est negatio ne
gans: sed infinitans: sed bene iste due: homo est videns:
homo non est videns: qꝛ negatio posita ad verbum non
2a dif. infinitat sed negat. ¶ Secunda difficultas. si homine nō
existente ista est falsa simpliciter homo est non albus aut
Solo vera. ¶ Dicitur autem ꝙ ad negatiuam de predicato fi
nito sequitur affirmatiua de predicato infinito vt nōnul
li putant: quia si homo non est iustus: sequitur ꝙ si nō iu
stus: tunc cum homine non existente: ista sit vera: homo
non est albus: ꝛ ista per consequens homo est non albus:
ꝛ sic saluaretur differentia inter contradictoria ꝛ alia op
posita dato ꝙ ista sint contradictoria: homo est videns ꝛ
3a dif. non videns. ¶ Tertia difficultas quia videre ꝛ nō vide
re sunt incomplexa ꝛ ista sunt cōtradictoria: sicut visus ꝛ
cecitas priuatiua. Quod probatur quia nō sunt nisi qua-
tuor oppositiones ꝛ ista nulla illarum: vt per se patet: es-
se potest. Et videre est affirmatio. ꝛ non videre negatio.
ꝛ tamen incomplexa non sunt vera aut falsa. ꝛ sic erūt cō-
tradictoria quorum vnum non erit veruꝫ ꝛ aliud falsuꝫ.
Solo ¶ Dicitur ꝙ ita oportet ponere si concedatur contradi-
ctio incomplexa vt album ꝛ non album. ꝛ oportet dicere
ꝙ Aristoteles assignans hanc proprietateꝫ aspiciebat so
4a dif. lum ad complexa. ¶ Quarta difficultas si est dare talem
contradictionem incomplexam quā hic non ponit Ari-
stoteles. ¶ Dicunt autem ꝙ non quia affirmatio ꝛ nega
Solo tio videntur semper respicere complexioneꝫ. ¶ Istud nō
valet: tum quia esse ꝛ non esse nullum est complexuꝫ ꝛ ta-

men sunt affirmatio ꝛ negatio. Tum quia extrema con-
tradictionis semper sunt contradictoria sicut contrarie-
tatis cōtraria: cōmunicabile autē ꝛ non communicabile
ponuntur semper extrema contradictionis cum sint in-
complexa. Tum qꝛ videre ꝛ non videre sunt opposita: cū
sint incompossibilia. ꝛ non relatiua: nec cōtraria: nec pri
uatiua: qꝛ alterum semper inest: etiam nō apta nata ergo
ꝯdictoria. Tum qꝛ ens ꝛ nihil sunt ꝯdictorie opposita cū
creatio sit inter talia extrema: ꝛ tñ ista sunt incomplexa.
¶ Sed remanet qnta dif. si ista oppositio ꝯdictionis est 5a dif.
minima. ¶ Diciť aūt ꝙ si esset oppositio rationis tñ: es- Solo.
set tunc minima: cuꝫ alie sint reales: ꝛ ens ratiōis sit ens
diminutū: sic aūt non est rōnis qꝛ cū incōpossibilitas pro
ueniat ex tali oppositiōe aut sit ipsa: tūc circūscripto actu
rōnis nulla ꝯtradictionis extrema forent incōpossibilia.
¶ Secūda difficultas si ista oppositio est maxima. ¶ Di 2a dif.
citur autē ꝙ ita videtur: cū sit realis qꝛ in omnibus alijs Solo.
oppositionibus extrema in aliquo cōueniunt aut forma-
liter: sicut in cōtrarijs ꝛ relatiuis: aut concernēdo subie-
ctum sicut in priuatiuis. Ista aūt extrema sic se totis op-
ponuntur vt nullā habeant in aliquo cōueniētiā. ¶ Ter- 3a dif.
tia difficultas si ista oppositio est in alijs reperta. ¶ Dici Solo
tur ꝙ in oībus inuenitur denominatiue non soluꝫ in op-
positis sed etiā in desperatis: qꝛ vnuꝫ non est aliud: sicut
in lacte dulcedo est non albedo ꝛ albedo non dulcedo: et
sic omnia opposita in se habent ista extrema: non tamen
quiditatiue: quia nulla negatio est de quiditate positiui.
¶ Quarta difficultas si ista oppositio est in alijs inclusa. 4a dif.
¶ Dicitur ꝙ non quiditatiue: quia nunꝗ minus in mi- Solo
nori includitur essentialiter cuꝫ includens se habeat per
additionē ad inclusum. Ista auteꝫ oppositio est maxima
vt cōmuniter cōceditur: ꝛ ideo in alijs non potest quidi-
tatiue esse inclusa. ¶ Sed reuertitur difficultas qꝛ dicūt Dif.
theologi ꝙ omne simpliciter impossibile icludit ꝯdictio-
nem: ꝛ tamē duo cōtraria aut priuatiua simul esse dicunť
impossibilia simpliciter. ¶ Dicitur ꝙ ista inclusio nō po Solo.
test intelligi qditatiue: qꝛ cū sit spēs distīcta oppositionis
nunꝗ vna spēs inueniť inclusa in alia cōdiuisa. ꝛ sufficit
si accipiatur ista inclusio denoīatiue qꝛ sic includiť in de-
speratis oppositionibus vt fuit ostēsum: ꝛ ideo alius mo
dus est alibi querēdus. s. in 52o passu in q̄rto notabili.

Sexagesimus passus est: ꝙ bo 60us passus

num est necessario malo cōtrariuꝫ vt patet per inductio-
nem de sanitate ꝛ lāguore: iustitia ꝛ iniustitia: ꝛ malo qū
qꝫ bonū ꝛ qñqꝫ aliud malū sicut exēplificat de superabun
dancia ꝛ egestate que sunt ꝯtraria ꝛ ambo mala. co eodē.
Ex quo dicto accipiūtur duo philosophica documenta.
¶ Primū est ꝙ nunꝗ bonū cōtrariatur bono qꝛ dicit ꝙ pm docum
bonū necessario est malo contrariū: ꝛ ideo nunꝗ bono: ꝛ
inde sequitur ꝙ virtutes nō sunt incōpossibiles qꝛ nullā
hīt ꝯrietatē. ¶ Secundū documentū est ꝙ nullus potest 2m dom
esse ita integralr malus sicut bonus qꝛ lꝫ vnū bonuꝫ nō sit
alteri cōtrariū tñ bene vnū malū alteri ꝯtrariatur vt hic
dicit ꝛ omnia simul esse nō possunt. ¶ Sed cōtra primuꝫ Cōtra.
do. istať dupliciter. Primo qꝛ frigiditas ꝛ caliditas sunt po
bone q̄litates que sunt diuersoꝝ elemētoꝝ pfectiones cō
natur. s. aliqua nālia esse cōposita ex mā et forma duo que-
runtur. ¶ Utrū. s. materia dicat entitatem positiuam. Et Primo de suppositio.
vtrū realiter distinctā. ¶ Primo ergo videndū est de sup-
posito qño illa cōpositio habeat se in naturalibus rebus.
¶ Scdo de quesito primo: an mā de sua natura dicat ali- 2o de p q̄sito.
qd positiuum. ¶ Tertio de scdo quesito. an materia dicat 3o de 2o q̄sito.
aliquid realiter distinctū a forma. ¶ Quātū ad primum Ho m p m.
est notandum: q rerum naturaliū quedā sunt in gñe per se et
directe: vt gña et spēs et etiā indiuidua. Quedā sunt in ge-
nere per reductionē. s. pncipia eorum. Ex his dico duas cō-
clusiones. pma ↄclusio est ista. q oēs res naturales per se
et directe existētes in genere sunt vere cōposite ex materia
et forma. vel ex materiali et formali. hāc ostendo sic. omne
diffinibile est vere cōpositū ex mālī et formali. Sed qdcū-
q ens per se cadēs in genere est diffinibile ab indiuiduis
et supra. ergo etc. maior est euidens ex. 8. meta. Et pbat. Tex. cō. 35.
qz vt dicit Ari. 7. met. diffinitio est ratio lōga habēs par-
tes. et sicut tota diffinitio correspondet toti diffinito: ita
partes ptibus: partes diffinitionis sunt genus et differen-
tia. genus est qd māle. dñā est quid formale. ergo silr erit
ex parte ipsius diffiniti. minor pz. qz etiā hoc cōcedit Ari.
7. meta. de ipsis accidentibus. ¶ Preterea hoc expresse di-
cit Boetius in libro diuisionum. q oia quecūq sunt inter
indiuidua et gñalissima sunt diffinibilia in quocūq predi-
camento. si aūt spēs est sic cōposita. ergo indiuiduū cum to-
ta essentia spēi in indiuiduo reseruetur. ¶ Dices q ta- Obiectio
tio non ↄcludit de accidēte. qz ipsum est diffinibile per ad-
ditamentū. ¶ Respōdeo q hoc est ppter dependētiam Rñdetur
quā habet essentialr ad subam. sed vltra hoc ponitur vel
saltē inuitur in eius diffinitione aliquid māle et aliqd for-
male pertinēs ad intrinsecū sue nature. ¶ Preterea secū-
do arguo sic. Impossibile est aliquo eodē dino aliqua dif-
ferre realiter et couenire realr. sed quecunqz spēs sub ali-
quo genere sūt huiusmodi. ergo aliquo ↄueniūt et aliquo
differūt: et per ↄsequens qdlibet tale ad minus est cōposi-
tum ex duobus. illud in quo conueniunt est aliquid cōe et
materiale illud in quo differūt est aliqd formale. ergo etc.
maior est euidēs ex terminis. sed minor patet qz sunt dif-
ferentes nō diuerse. cōueniunt quidē in genere sed diffe-
runt differētijs. genus aūt est quid māle. differētia quid
formale. ¶ Cōfirmatur qz omne existens per se in gene-
re est cōpositum ex ↄtrahibili et cōtractiuo. ergo cōpositū
ex materiali et formali. ¶ Confirmat secūdo. qz illud qd
est simpliciter simplex a quocūqz distinguit se toto distin-
guitur. sed due spēs vel duo genera subalterna non se to-
tis distiguūtur. vt est euidēs. ergo etc. ¶ Preterea tertio
arguitur qz sm Aristo. 12. meta. illa que sunt in diuersis p-
dicamentis sicut sunt simpliciter diuersa: ita et eorum prin-
cipia sunt et hoc est verum de materia et forma et mouente
quod nō esset verū nisi huiusmodi essent composita mo-
do predicto. ¶ Sed cōtra istā cōclusionē instatur. De ac- Cōtra
cidente. tum qz accidētia nō habēt materiā ex qua sed in
qua ex. 8. meta. ergo non sunt cōposita intrinsece ex mate- Tex. cō. 12.
riali et formali. tū qz sm auctorē sex principiorum. forma acci-
dentalis est in simplici et inuariabili essentia cōsistens. er-
go non cōposita. ¶ Respōdeo ad primum. Accidens nō Rñdetur
habet materiā ex qua essentialiter distinctā a sua forma-
li sed formaliter distinctā. nec illa pprie dicitur materia

Contra. quo initiatiue ꝛ sĩ nõ subiectiue. ¶ Cõtra. Agens habẽs in sua virtute actiua totũ effectuꝫ nõ minus illum ꝓducit si non opponit̃ illud per cuius ꝑsentiam magis debilitat̃ virtus eius ꝙ̃ fortificetur: sed per actionem in contrarium magis debilitat̃ virtus actiua agentis ꝙ̃ fortificat̃: qꝛ agendo repatitur: ergo si ignis generet igneꝫ ex aqua nõ minus ꝓduciẽt ipsuꝫ sine aqua ꝙ̃ ex aqua: ꝛ per cõsequens talis productio erit de non aliquo tam subiectiue ꝙ̃ initiatiue: ꝛ sic creatio. ¶ Confirmatur. qꝛ agẽs naturale potens in aliquem totũ effectum: illum necessario faciet nõ impeditum. ex 9° metaph. Sꝫ per ammotionem cõtrarij siue corrũpẽdi ammouet̃ impedimentuꝫ agentis: qꝛ ex actione in contrariũ impedit̃ in sua actione: ergo non posito ipso corrũpendo in qd̃ agat necessario ꝓducet totum effectum illuꝫ ex nõ aliquo vtroqꝫ modo. ergo creabit. Nec cogit illud ꝙ totuꝫ mutatur in totum. Illa eniꝫ ꝓpositio Aristo. vera est. si totũ accipiat̃ cathegorematice. Est eñi sensus totũ cõstitutũ ex partibꝰ: puta aer mutat̃ in totũ aliud puta in aquaꝫ. Nõ est autẽ vera. Si totũ capiat̃ syncathegorematice: qꝛ est sensus: ꝙ quelibet pars mutat̃ in quãlibet parteꝫ. Nam manet

Nota materia cõmunis. ¶ Ad cuius euidentiaꝫ est notãdũ ꝙ dictiones alie dicũtur cathegorice que significãt reꝫ vel dispositioneꝫ rei que subijcit̃ vel predicat̃ in enũciatiõe. Verbi grãtia. homo albus currit: homo enim significat rẽ que subijcitur: ꝛ albus dispositionẽ subiecti: currit auteꝫ significat rẽ que ꝑdicat̃. Ille aũt dicunt̃ syncathegorematice que nõ significãt rem vel dispositionẽ rei sed moduꝫ determinatiuũ rei. V.g. ois homo currit li ois est dictio syncathegorematica: qꝛ nõ significat rẽ vel dispõnẽ rei: sed determinat ipsam rẽ: puta hoiem accipi distributiue pro oibus suis partibus subiectiuis. Ad ꝓpositum totuꝫ acceptuꝫ cathegorematice significat ipsaꝫ rem ꝯstitutam ex partibꝰ: ꝛ sic cũ in generatiõe simplr̃ fiat mutatio ĩ formã substãtialẽ a qua ꝑncipalr̃ est esse termini: ideo totuꝫ dicit̃ transire in totum: qꝛ totum esse aeris in totum esse aque vel ecõuerso. Totũ autẽ acceptũ syncathegorematice qd̃ determinat ipsam rem accipi ꝓ qualibet sui parte. Et sic accipiẽdo esset sensus ꝙ res ꝫm quãlibet sui partem trãsiret in quãlibet parteꝫ alterius totius: ꝛ iste sensus est falsus: vt patet ex ꝑdictis. ¶ Preterea secũdo ad principale arguit̃ sic. Nullũ simplex est corruptibile a ꝑncipijs intrinsecis: qꝛ non habet ꝑncipia contraria se intercẽa trãsmutantia. Sed per te omne gñabile ꝛ corruptibile est simplex: ergo nullũ tale ẽ corruptibile a principijs intrinsecis: qd̃ est cõtra Aristo. 7° metaph. vbi vult ꝙ aliqua substãtia sit corruptibilis intrinsece eo mõ quo celũ non ponit̃ corruptibile. ¶ Confirmat̃. qꝛ omne generabile ꝛ corruptibile habet mãꝫ ꝫm quã potest esse ꝛ nõ eẽ.

Tex.c.iz. ꝛ c. cõ.9. ex 7° metaph. ꝛ 2° de generatiõe. ¶ Preterea. si res generabilis ꝛ corruptibilis est simplex: vt ponis. ergo nulla generatio passio erit nãlis: ꝯsequens est falsuꝫ. ergo ꝛ antecedẽs: ꝯsequẽtia ꝓbat̃. Nam generatio ex hoc dicit̃ naturalis: qꝛ susceptibile appetit naturalr̃ ipsam formam: sꝫ si omne corrũpendũ sit simplex nihil erit qd̃ appetat naturalr̃ formã generãdam: forma eniꝫ corrũpendi nõ appetit illam: qꝛ nihil appetit sui corruptionem: ergo talis generatio non est nãlis. ¶ Preterea mutari est aliter se

Tex. cõ. 73. habere nunc ꝙ̃ prius. ex 6° phys. Sed si per te nihil corrupti manet in generato nõ erit aliqd̃ qd̃ aliter se habeat nũc ꝙ̃ prius: ꝛ per ꝯsequẽs tollit̃ omnis mutatio ꝛ oẽ mutari. ¶ Preterea si gñatio nõ sit nisi ꝫm illum ꝓfectũ ad gradũ intrinsecũ entitatis. ergo oẽs res generabiles ꝛ corruptibiles sunt eiusdẽ spẽi: ꝯsequens est falsum euidẽter. ergo ꝛ añcedẽs. ꝯsequentia patet. qꝛ gradus intrinsecus rei non variat spẽm. Quis enim diceret ꝙ albedo intensa distinguat̃ specifice a seipsa remissa. ¶ Confirmat̃ specialr̃ de anima itellectiua: qꝛ nec ipsa est gradus intrinsecus mãe nec materia põt intrinsece perficere ad

Alia opio tenẽs pñẽ negatiuam. talem gradũ. ¶ Alia opinio est que vt reducatur ad formam dicit tria. Primuꝫ dictum est. ꝙ materia ꝛ forma distinguunt̃ realiter vt duo positiua: sed quodlibet pre-

pmũ dcm̃. cise acceptũ non habet rõnẽ entitatis ꝛ realitatis. ¶ Se-

Scdm dcm̃. cũdum dictuꝫ est. ꝙ materia ꝛ forma seorsuꝫ accepte nõ habent rõnem precise intelligibilitatis a quocũqꝫ intellectu etiã angelico. Ita ꝙ vnuꝫ sine alio non sufficit ad terminandũ actũ intellectus. ¶ Tertiũ dictuꝫ est qd̃ sequit̃ 3m dictum. ex predictis. ꝙ materia ꝛ forma nõ possunt dici duo quid vel duo aliqd̃ vel duo hec; sed dicunt̃ duo huius: initiãt enim ipsum hoc. ¶ Pro ista positione arguit̃ sic. illũ qd̃ Argumẽta opinio. solum habet rõnem distinguibilis vel distinctiui non est aliqd̃ hoc: nec dicit precisam entitatẽ seu realitatem. Sꝫ forma ꝛ materia sũt huiusmodi. ergo ꝛc̃. maior ꝓbat̃. qꝛ omne qd̃ est aliqd̃ hoc: dicit distinctaꝫ realitatẽ constitutam ex distinguibili ꝛ distinctiuo. Si ergo illud qd̃ soluꝫ rõnem distinctibilis vel distinctiui dicit aliqd̃ hoc: esset alia aliqua realitas cõstituta ex distinctibili ꝛ distinctiuo. ꝛ tunc nõ solum diceret hoc vel illud: sed esset ꝓcessus in infinitũ. minor probat̃. ¶ Primo de materia: ꝙ ipsa ha- pbõ minoris. bet solũ dictam rõnem distinctibilis: qꝛ in fundamento nature nihil est distinctum. ex ꝑmo meta. ¶ Secũdo ꝓ- tex.cõ.17. bat̃ de forma ꝙ habeat solam rõnem distinctiui: qꝛ forma est actus: actus aũt distinguit. ex 7° meta. distinguit tex.cõ.49. quidẽ formalr̃ nõ effectiue: qꝛ tunc talẽ distinctioneꝫ formalem posset deus semper supplere per se: qd̃ est falsuꝫ. Sed distinguit formalr̃. ¶ Preterea scdõ sic. ꝑma integrantia entitatẽ nõ sunt entitates. Sed mã ꝛ forma sunt huiusmodi. ergo ꝛc̃. maior ꝓbat̃. qꝛ aliter non eẽnt integrantia: vel idẽ seipsm̃ integraret: minor ostẽdit̃: qꝛ materia ꝛ forma sunt cause intrisece entitatis: ꝛ quedã portiões entitatis. ¶ Confirmat̃. qꝛ Cõmen. octauo meta. nominat materiã ꝛ formã quasdam trũcatas entitates. ¶ Preterea tertio. qd̃ nõ est aliquid formatuꝫ non est entitas vel aliqd̃ huius. Sed mã ꝛ forma non sunt aliquid formatuꝫ. ergo ꝛc̃. maior videt̃ euidens: qꝛ qd̃ est aliqd̃ huius: est aliqd̃ formatũ. minor ꝓbat̃. ꝑmo de forma. qꝛ forma est quedam formalitas: figura: ꝛ dispositio: ꝛ modus: vt videt̃ Ari. eam noiare. 2° phys. ꝛ 5° meta. qd̃ aũt est formalitas nõ est aliqd̃ formatuꝫ: sicut nec figura figuratum: vel dispositio dispositũ: vel modus modificatuꝫ. ¶ Secũdo ꝓbat̃ de materia: qꝛ ipsa est qd̃ formabile: figurabile: disponibile: ꝛ modificabile: sed formabile non est formatum: nec disponibile dispositũ. ¶ Cõfirmat̃ specialiter de materia: qꝛ nulla entitas preexistit in entificatiõe simplr̃. Sed materia preexistit in entificatiõe simpliciter: ergo mã non est aliqua entitas: maior pꝫ. qꝛ entificatio. i. gñatio simplr̃ est ex nõ ente simplr̃: ex ꝑmo de generatione. minor ꝓbat̃ ex eodẽ primo de gñatione: quia materia ꝑma maxime est subiectuꝫ gñationis seu entificatiõis simplr̃. ¶ Preterea quarto arguo sic. sicut se habẽt partes circuli ad circulũ sic mã ꝛ forma ad entitateꝫ. Sed partes circuli nõ sunt circulus: sed sunt quedaꝫ formatiões ipsius circuli: ergo mã ꝛ forma non sunt entitates: sed formatiões quedã entitatis. maior pꝫ. qꝛ sicut partes circuli sunt quedaꝫ partes integrales circuli: sic materia ꝛ forma sunt integrãtes entitateꝫ. ¶ Preterea quinto ꝛ est quasi idem arguo sic. sicut se habent vnificatio et vnificabile ad ipsuꝫ vnuꝫ siue vnificatũ: sic entificatio et entificabile ad entificatũ. Sed vnificabile puta corpꝰ aialis ꝛ vnificatio: puta anima nõ sunt aliqd̃ vnificatuꝫ: ergo materia que est qd̃dam entificabile: ꝛ forma que est quedã entificatio non erit aliqd̃ entificatum: siue aliqua entitas. ¶ Sꝫ ista imaginatio non placet: vñ ꝯtra ꝑmuꝫ ꝯ pm̃ dcm̃. dictũ arguo sic. Ista duo positiua realr̃ distincta sint. a. et b. aut sunt ens: aut non ens. si nõ ens: ğ ens componit̃ ex nõ entibus itrĩsece: qd̃ est absurdũ ꝛ ꝯ te: qꝛ nõ eẽnt duo positiua: sed duo negatiua: si sunt ens: ğ res: qꝛ res ꝛ ens ꝯuertunt̃ ꝫm Auic. ꝑmo meta. cap. quinto. Mã ergo ꝛ for- Auic. ꝑ met. capto 5° ma sũt duo entia ꝛ due res: ꝛ per ꝯñs duo aliqd̃. ¶ Preterea vel mã ꝛ forma sunt duo positiua distĩcta distĩctione extra aiam: vel non. si sic: ergo per necessitatẽ sunt duo distincta ex nã rei: ꝛ dicũt duas res: vel ꝑuas realitates: si võ nõ sunt distĩcta distõne extra aiaꝫ. ğ nõ sunt distĩcta realiter: qd̃ est ꝯtra te: ꝛ vlteriꝰ essent entia solũ ꝫm rõnẽ quomõ ergo possunt cõponere cõpositũ compositiõe reali: nõ eniꝫ videt̃ possibile. ¶ Contra scdm̃ dictum arguo ꝯ 2m dictum. sic. quecunqꝫ habẽt distĩctas rões vel entitates sũt distĩcte cõceptibilia a potẽtia hñte ens ꝓ obiecto adequato.

Sed materia ⁊ forma habēt distinctas rationes entita/
tis: vt patet ex predictis. ergo ⁊c̄. Sed intellectus huma
nus ⁊ angelicus habēt ens pro obiecto adequato etiam
ſm te qui dicis in scripto super primum sentētiarum qđ
nouiter edidisti ꝙ ratio entitatis est prima ratio intelli/
gibilitatis. ergo intellectus tam humanus q̄ angelicus
poterit materiā ⁊ formam intelligere distincte. ❡ Prete
rea qđ potest distincte intelligi ab aliquo itellectu non re
pugnat sibi quātum est ex parte sua quin distincte possit
etiā terminare actum intellectus. Sed materia ⁊ for/
ma distincte cognoscuntur ab intellectu diuino. ergo ⁊c̄.
maior est euidēs: q̄ si intelligeret rem sub rōne repugnā
te obiecto: iam eēt intellectus falsus. minorem probo sic:
quecunq̄ habent distinctas ideas in deo sunt distincte cō
ceptibilia a diuino intellectu. Idea eniꝫ ponitur rō intel/
ligendi. Sed materia ⁊ forma habēt distinctas ideas in
diuino intellectu: ergo ⁊c̄. minor ꝓbatur: q̄ sunt distincte
producibilia: ⁊ per cōsequens per distictas ratiōes idea/
les: quicqd enim deus distincte ꝓducit distincte intelli/
git: cum producat vt agens per cognitionē: patet ergo ꝙ
materie ⁊ forme nō repugnat distincte terminare actum
ꝯ 3m dcm. intellectus. ❡ Cōtra tertium dictum arguo sic. vel mate
ria ⁊ forma sunt duo nihil: vel sunt duo aliquid: vel vnū
nihil: vel vnū aliquid. Nō potest dari primuꝫ vel tertiū
per te qui ponis ea duo positiua. Nec etiaꝫ ſm veritatē:
q̄ ens non componitur intrinsece ex nihilo: ergo opꝫ da/
re scđm ꝙ materia ⁊ forma sunt duo aliqđ. ❡ Preterea
contra totam positionem arguo sic. quecunq̄ sunt sepa/
rabilia abinuicē separatiōe reali illa per necessitatē sunt
plures res ⁊ plures entitates. Sꝫ materia ⁊ forma sunt
huiusmodi. ergo ⁊c̄. maior videtur euidēs ex terminis.
Nam ad oppositum predicati seqtur oppositū subiecti:
Cō. 34. 8. me minor pꝫ per Cōmētatorem quarto phyſi. quia trāsmu/
taph. 12. tatio fecit cognoscere materiā: vnde materia manet ea/
dem sub forma generati ⁊ corrupti: nō simul. ergo succes/
siue: ergo realr separat a forma: q̄a quādoq̄ est sub vna:
Opio ꝓpa. quādoq̄ sub alia. ❡ Dicēdum est ergo. ꝙ materia ⁊ for/
circa 3m q̄nui ma sunt duo positiua realiter distincta: vt due res preci/
sibiles ⁊ distincte conceptibiles: vel duo hec: vel duo ali/
p̄m p̄missum. quid. ❡ Nec rōnes eius cogunt. Ad quarum solutioneꝫ
premitto duo. Primū est ꝙ esse aliquid huius cōpetit
rei: non absolute: sed in respectu: ⁊ ideo si ab illa re circū
scribatur ille respectus quo erat aliquid huius: erit ali/
quid hoc. Esse eni aliqđ hoc: ⁊ esse aliquid huius: nō sic
repugnant quin eideꝫ rei possint cōuenire sub alia ⁊ alia
rōne. Exēplum. Manus ⁊ pes: in respectu ad totum cor
pus: nō sunt duo hec: sed duo huius. Si autē circūscri/
batur ille respectus ad totū: puta si separentur per intel/
lectum: vel realiter a corpore: erūt duo aliquid hoc: ⁊ nō
duo huius: q̄a quodlibet faceret vnum per se existens. Si/
militer dico in ꝓposito. ꝙ materia ⁊ forma lꝫ respectu en
titati a totius cōpositi sint duo hui⁹: absolute tamē in se
considerata sunt duo hec: ⁊ duo entia: ⁊ duo aliquid: qc/
2m p̄missum. quid enim est extra nihil est ens: ⁊ aliquid: ⁊ res. ❡ Se/
cūdum qđ premitto est ꝙ entium quedā sunt simplicia:
quedam composita: vt patet ex p̄mo articulo. Et simpli/
cium quedam sunt increata: vt ens primū: quedaꝫ crea
ta: vt omnia simplicia citra primum: quodlibet horū est ve
re ens. ꝓbatur. q̄a quicqd est extra nihil est vere ens: q̄a
inter ens ⁊ nihil non cadit mediū: ⁊ per ꝯsequens est ve
re res: q̄a ens ⁊ res conuertūtur. Sed quodlibet predictoꝝ
Ad argumēta vt patet discurrendo est extra nihil. ergo ⁊c̄. ❡ Tunc re/
opionis tenē spondeo ad rōnes. Ad primū nego maiorem. Ad ꝓba/
tis pīc nega- tionem tamē cum dicis ꝙ omne aliqđ hoc: dicit distin/
tiuā tertij vi ctam realitateꝫ compositaꝫ vel constitutam ex distincti/
dēdi 8 p̄ q̄n- bili ⁊ distinctiuo. Dico ꝙ est falsū vniualr accipiēdo: q̄a
to, Ad p̄m verum est de hoc aliquid composito: nō de simplici: ⁊ sic
nullus erit processus in infinitū. Esse enim distinctibi/
le ⁊ distinctiuum ⁊ esse distinctū: non repugnant diuersi/
mode accepta. Materia eni est purū distinctibile disti/
ctione que est per formā: ⁊ sic intelligēdum est illud qđ in
fundamēto nature nihil est distinctū: sed nihilominus est
quid distinctum distinctiōe entitatiua: ideo equocas de
esse distinctū. Similr forma distinguit distinctione for/
mali: ⁊ sic verum est illud ꝙ forma seu actus distinguit.
Sed nihilominus est aliquid distinctū distinctiōe enti/
tatiua: q̄a taꝫ materia q̄ forma sunt aliqđ ens distinctū
extra suam cām. ❡ Ad scđm cum dicis. ꝙ primo integrā Ad 2m
tia ⁊c̄. Dico ꝙ verū est primo integrantia entitateꝫ non
esse entitates illas quas integrant: q̄a nihil integrat vel
causat seipsum: ⁊ ex hoc habeo cōtra te: q̄ alia est reali/
ter entitas totius integrati ab entitate partium integrā
tium: ⁊ sic est vera minor sub assumpta. Si autē accipi/
as maiorem vniuersaliter sic dico ꝙ est falsa: q̄a entitas
compositi ex entitatib⁹ integratur. Arguere autē nō sunt
entitates quas integrant: ergo nō sunt entitates est eui/
denter fallacia cōsequentis. ❡ Ad ꝯfirmationem dicen/
dum ꝙ Cōmentator ideo noīat materiā ⁊ formaꝫ enti/
tates trūcatas: q̄ nō sunt tales quales sunt entitates cō
posite respectu quaꝝ sunt quedaꝫ portiones ⁊ quedā trū
ci: sed ex hoc nō sequitur ꝙ in se sint nihil: ergo aliquid.
❡ Ad tertiuꝫ cū dicitur. ꝙ nō est quid formatum ⁊c̄. Di Ad 3m
co ꝙ ista maior est falsa. Nō enim omnis entitas est for/
mata. ❡ Ad ꝯfirmationeꝫ de materia. Dico ꝙ li simpli/
citer dupl̄r potest accipi ſm Aristo. p̄mo de generatione.
simpliciter. i. vniuersalr: vel simpliciter. i. principalr. Si
primo mō sic. maior est vera. q̄ ante ens vniuersalr non
est aliquod ens: sed tunc minor est falsa: q̄ materia non
preexistit tali entificationi: si accipias simpl̄r secūdo mo
do: sic maior est falsa: q̄a entificationi entis simpl̄r. i. en/
tis principalr quod est subā necessario preexistit vt sub/
iectum aliqđ ens: sed tunc minor est vera: q̄a materia p̄/
existit tali entificatiōi: ⁊ sic loquitur ibi Arist. de ente vel
nō ente simpliciter ad lr̄am: vt patet intuēti. ❡ Ad quar/ Ad 4m
tum ꝯcessa maiore nihil habes: dicet ꝙ sicut partes cir/
culi nō sunt circulus quem componunt: sic materia ⁊ for/
ma non sunt entitas quā cōponunt: sed non sequitur. er/
go nō sunt aliqua entitas: sed cōmittitur ꝯsequētis falla
cia. Aliter negat maior: q̄a nō est simile: q̄ eni circulus di
cit realitatē specialeꝫ: sed entitas trāscendentem: lꝫ ergo
partes circuli possint fugere realitatem circuli: q̄a nō ꝓ/
pter hoc erunt nihil. Mā tamē ⁊ forma nō possunt fuge/
re realitatem entitatis nisi eēnt nihil. ergo ⁊c̄. ❡ Ad qn/ Ad 5m
tum per idem q̄a sic currit argumētum. ❡ Alia est opio 2a tenē. dist.
Jo. Scoti quā reputo veriorem. Ad cuius euidentiam 1. q. 1.
primo conditiōes aliquas materie edisserā. Secūdo cō/
clusionem intētā materieq̄ ꝯditiones ꝓbando inferā.
Tertio pro declaratione cōclusionis: ⁊ argumētorum so/
lutione distinctiōes quasdam ostēdam. ❡ De primo est
prima cōditio materie: ꝙ ipsa est fundamētū ⁊ recepta/
culum oīum formarum maliū: hoc apparet ex p̄mo me/
taph. ⁊ secūdo de generatiōe. vbi Aristo. materiā nomi/
nat panderceos. i. receptaculum oīum formarum. ❡ Se/
cūda conditio est. ꝙ materia est per se principiū ex p̄mo Tex. cō. 52.
phyſi. Et est per se causa secūdo phyſi. ⁊ est per se pars ex tex. cō. 18.
septimo meta. ❡ Tertia cōditio est. ꝙ materia est per se t. cō. 24. ⁊. 34
subiectum generationis: ex p̄mo de gñatione. p̄ma inqt tex. co. 24.
materia quā vocat ibi hyle est marie subiectū generatio
nis ⁊ corruptiōis. ❡ Quarta cōditio est. ꝙ materia est p
se terminus creatiōis ſm Augm 12o ꝯfessionū. ❡ Quinta
cōditio est. ꝙ materia est ingenerabilis ⁊ icorruptibilis.
p̄mo phyſi. ❡ De secūdo de p̄ma cōditione arguo sic. im tex. cō. 82.
possibile est idem realiter separari a seipso: q̄a dato opposi
tum sequit ꝙ idem simul erit ⁊ nō erit: qđ est oppositum
primi p̄ncipij: ⁊ per cōsequens falsum: sed materia ⁊ for/
ma sunt separabilia abinuicem. Materia eniꝫ est recepta
culum oīum formarum: sed nō simul: ergo successiue: ⁊ p
ꝯsequens separabilis a qualibet forma seorsū. ġ mate/
ria ⁊ forma nō sunt idē realr. ❡ Preterea primū recepta
culū est distinctū realr a p̄mo recepto: sꝫ i genē cause mā
est dare p̄mū receptiuū: cū nō sit ꝓcessus i ifinitū i causis
per se. ex scđo meta. ġ mā est realr disticta a forma q̄ ē p̄/
mū receptū. maior ē euidēs. Tō q̄a nihil est idē realr sui
ipsi⁹ receptiuū. Tō q̄a aliter p̄mū receptiuū nō eēt p̄mū si
aliqđ ipsi⁹ recepti i ei⁹ rōne clauderet: ita nec eꝯ. ❡ Pre
terea ex scđa ꝯditione arguo sic. oē cōpositū vere ⁊ eēntia
liter ꝯstat ex cōponētib⁹ realr ⁊ eēntialr distictis: q̄ oppo
sitū p̄dicati isert oppom subti. Sꝫ cōpositū ex mā ⁊ for⁹ est

vere ⁊ essentialiter cōpositum: ergo ⁊c. minor pz: q2 materia est per se principium essentiale: ⁊ per se causa ⁊ pars quiditatiua. ¶ Confirmatur. q2 compositum ex materia ⁊ forma: vel constat ex nihilo ⁊ nihilo: vel ex nihilo ⁊ aliquo: vel ex aliquo ⁊ aliquo. prima duo sunt incompossibilia: q2 nihil non potest esse per se causa intrinseca ⁊ pars: vel per se principium essentiale alicuius entis: ergo oportet dare tertium ⁊ sic propositū. ¶ Preterea ex ꝯditione quarta arguo sic. Materia est terminus creationis: forma nō est terminus creationis. ergo forma non est materia. minor patet: q2 forme naturales nō educantur de potentia materie per creationem. ¶ Preterea ex tertia arguo sic. Materia est subiectum generatiōis: forma nō est subiectū generationis: sed magis terminus. ergo forma nō est materia. ¶ Preterea ex quinta conditione arguo sic. Materia est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. forma non est ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. ergo forma nō est materia. ¶ Cōfirmatur etiam opinio per rationes quibus argutum est cōtra opiniones precedētes: ex improbatione enim illarum patet veritas huius. ¶ De tertio: quia

No[tandum] materia dicitur ens in potētia. Est notādum. q ens in potentia dicitur dupliciter: vel sicut subiectum potentie: vel sicut terminus potentie. prima potētia dicit subiectiua. secūda dicitur obiectiua: ⁊ hec est differētia entis: q2 circuit omne ens creatum: tam simpliciter q compositum. ¶ Notandū autem q iste due potentie non sunt eedem: q2 sunt separabiles vt pz in creabili: qd enim creatur est in potētia obiectiua: nō subiectiua: q2 in creatiōe vnum subiectum subijcitur: aliquādo tamen eedem in eodē. potentia enim vt est in subiecto ⁊ ad aliud dicit subiectiua: ⁊ illa eadem vt est istius ad qd est dicitur obiectiua. Exēplum. Alio modo superficies est in potentia ad albedinē: ⁊ alio modo ipsa albedo est in potentia anteq fit: sed eadem vt comparatur ad subiectum dicitur subiectiua: ⁊ vt comparatur ad agēs dicitur obiectiua. ¶ Ad propositū. Materia dicit ens in potētia nō obiectiua sicut albedo anteq fit: quia materia non est sic in potētia agentis: sed manet actu sub vtroq termino in transmutatiōe: sed dicitur ens in potentia subiectiua eo modo quo superficies dicitur in potentia ad albedinem. Nam materia est ens receptiuum actus substātialis primo: ⁊ actus accidentalis secūdario: ita q licet materia sit ens in actu entitatiuo: q2 est aliquid extra suam causam distinctum: tamē distinguitur contra actum formalem completum ⁊ specificū: ⁊ ita describitur per ens in potentia q2 maxime est receptiuum actus: non q omnino sit in potentia: sicut est albedo futura: vel sicut est antichristus: q2 tunc nō possent sibi cōpetere conditiones quas premisi. ¶ Notandū secundo.

No[tandum] q compositio est duplex: quedam cōceptuum: quedam entium: ⁊ in qualibet cōpositione cum non sit processus in infinitū est deuenire ad aliqua duo extrema formaliter alterius rationis: ita vt nihil vnius includat in ratione alterius. Ista extrema in cōpositione entium siue rerum sunt forma ⁊ materia prima. ita q materia est purum actuabile ⁊ potentiale forma est purum actu ... tiuum: ⁊ nihil vnius includit in ratione alterius: q2 aliter nec illud esset purū actuatiuum: nec illud purum actuabile. Extrema autem in compositione conceptuum sunt conceptus tm̄ determinatiui: ⁊ tm̄ determinabiles: qualis est conceptus entis ad quē stat resolutio conceptuum determinabilium. Aliud extremum est cōceptus pure determinatiuus qualis est cō-

Correlarium ceptus vltime differētie. ¶ Ex quibus pz correlarium q extrema in qualibet harum compositionum sunt in suo ordine primo diuersa ⁊ in nullo ꝯueniunt vt predixi: ita q

R[espon]sio ad q[uestionem]. nihil vnius includatur in ratiōe alterius. ¶ Dico ergo ad questionē. Ex omnibus premissis. q materia distinguit realiter a forma realitate positiua receptiua omnino alterius rationis a forma: ⁊ est quid primo diuersum ab ea. probat. illa sunt primo diuersa que in nullo conueniunt: ita q nihil includit vnius in rōne alterius: nec econuerso: sed materia ⁊ forma sunt huiusmodi. ergo ⁊c. maior patet ex quinto metaph. minor patet ex predictis: quia si non: vel tota forma nō esset nata recipi quantum. s. ad illud qd includeret de materia: vel materia tota non esset nata recipere quantum ad illud qd includeret de forma.

R[espon]sio ad ra[tio]nes principales q[ue] negant ... primi quest. ¶ Ad argumēta. Ad primum cum dicitur illud qd nō est distinctū conceptibile ⁊c. detur. sed minor est falsa. ¶ Ad

Ad p[rimu]m probationem. Materia est cognoscibilis sm analogiam ad formam. ¶ Dico q verū est intellectui humano p statu isto. Cuius ratio est. q2 cognoscimus rem a posteriori ⁊ per operationem eius: vnde ex distinctione operationum arguimus distinctas formas: quia forme est agere: ⁊ q2 materia non est ratio agēdi. Ideo eam non cognoscimus in se precise: sed in relatione ad formam: tamē ipsa est de se distincte cognoscibilis a potentia nō impedita.

Contra ¶ Contra. omnis potētia habens aliqd cōmune p obiecto naturali ⁊ adequato potest naturaliter in quodlibet contentum per se sub illo cōmuni aliter nō esset adequatum: sed excederet potētiam. sed ens est tale obiectum intellectus nostri sm Aui. primo meta. ca. quinto. ergo cū materia contineatur sub ente potest per se intelligi ab intel-

R[espon]sio lectu nostro. ¶ Respōdeo concessa maiore. Dico q minor est falsa: q ens non est naturale obiectum intellectus nostri. Sūt enim multa entia puta proprietates intelligētiarum ⁊ dei quas naturaliter non possumus cognoscere: sz

Questium est necessarium reuelatio. ¶ Quid ergo erit obiectū na-

R[espon]sio turale adequatū intellectus viatoris. ¶ Respōdeo forte quiditas materialis: vel aliqd aliud de quo nō curo ad

Ad 2m. presens. ¶ Ad secūdū dico. q materia est pura potentia subiectiua: sz ex hoc nō sequitur q sit nihil: vt patet ex tertio articulo. posset etiā dici q esset quoddā compositū ex potentia ⁊ actu sicut quelibet creatura modo preexposito in primo articulo: sed ex hoc non sequit quin sit princi-

Ad 3m pium primum: quia non est cōposita ex rebus. ¶ Ad tertiū ꝯcedo. q vniformiter negatur esse a subiecto generationis ⁊ affirmatur de subiecto motus: sed loquit de eē formali perfecto ⁊ specifico: q2 subiectum motus est aliquod ens actu perfecto ⁊ formali. Materia autem non: sed ex hoc non sequit q sit nihil: q2 est aliquid in actu entitatiuo: quo distinguit ⁊ ponitur aliquid extra suam causam.

Contra ¶ Cōtra. q2 motus est actus entis in potentia. ex tertio phys. ergo non videt q subiectum motus sit ens actu sed

R[espon]sio. potētia. ¶ Respōdeo. concedo q de ratione subiecti motus vt sic non est q sit ens actu sed potētia: sed tamen est coexactum necessario q sit aliqd ens in actu pfecto: ⁊ hoc sufficit philosopho ad distinguendū generationem a motu: vnde dico q subiecto motus vt sic accidit q sit ens in

Ad 4m actu perfecto: lz hoc sit quodam necessario exactum. ¶ Ad quartum cū dicit. quando aliquid dicit analogice de duobus ⁊c. Dico q ista est falsa vniuersalr accepta: lz in quibusdam verum sit: vt de sano de quo exemplificas: habet tamē defectum in multis. Exēplum. ens dicit analogice de substātia ⁊ accite: ⁊ tm̄ sicut sub[stanti]a est formalr ens: ita ⁊

Contra accūs. ¶ Cōtra. accūs nō est ens nisi i eo qd talis entis.

R[espon]deo 7° meta. ¶ Rūdeo sz Ari. 5° meta. ca° de in eo. q2 quot modis dr cā tot modis dr in eo: ita q i eo qd reduplicat aliqñ cām formalē. Exēplū. si dicat hō est hō in eo qd rōnalis. Aliqñ reduplicat cām mālem: puta hō est hō i eo qd habet tale corp°. Aliqñ reduplicat cām efficiētē: vt hō est hō eo q pducit° a deo. Aliqñ reduplicat cām finalē: puta hō est hō in eo qd capax beatitudis. Ad ppositū cum ait Ari. Accūtia nō sūt entia nisi in eo qd nō reduplicat cām formalē: sz subiectiuā vel efficiētē vt sit sensus: accūtia sunt entia in eo qd existūt in sub[stanti]a: vel in eo qd causata effectiue a sub[stanti]a: sz ex hoc nō habes qn accūtia sūt formalr en-

Ad 5m tia. ¶ Ad 5m nego ꝯñtiā. Ad pbationē dico q Ari. inducit hoc ꝯ phos antiqs q sub gn̄atiōis ponebāt aliqd corpus exñs in actu pfecto specifico: vt eis ponit: puta aliq terrā: aliq ignē ⁊c. ⁊ tūc sequit ꝯ eos q gn̄atio est alteratio: q2 circa tale corp° nō posset fieri mutatio nisi accitalis. Sz ponēdo mām aliqd ens actu nō formali vel specifico: sz in actu entitatiuo: pōt seruari gn̄atio simplr distincta ab alteratiōe: vn̄ phs dicēs mām nō eē actu non dicit ipsam eē nihil. ¶ Ad ꝯfirmationē pz p idē q forma sub[stanti]a-

Ad 6m lis nō aduenit mā̄e existi in actu specifico ⁊ pfecto. ¶ Ad 6m dico. q mā ⁊ forma distinguunt se totis distōne rei q̄ opponit ꝯueniētia in re. quomō ꝯueniūt oīa cōposita ex mā ⁊ forma: q2 vt ostēsum fuit nihil mā̄e icludit in ratiōe

forme vel ecõuerso. nõ tñ se totis distinguunt distõne que
opponit ꝯueniẽtie in ꝯceptu: q2 forte tã forma ꝙ mã con
ueniũt in ꝯceptu sub'e ⁊ entis ⁊c. ⁊ sic nõ seqt ꝙ magis di
stinguant ꝙ sn̄ba ⁊ accñs: imo plus ꝯueniunt ꝯuenientia
ꝯceptus ꝙ sub'a ⁊ accñtia. ¶ Aliter posset dici ꝙ plus di-
stingui aliqua potest esse dupliciter: vel quia minus ꝯue
niunt: vel q2 plus repugnãt. p̄mo modo plus distinguun
tur substãtia ⁊ accidens ꝙ albedo ⁊ nigredo: patet scđo
ecõuerso. ¶ Ad ꝓpositũ dici posset forte ꝙ materia ⁊ for-
ma plus distinguãtur p̄mo modo ꝙ substantia ⁊ accñs:
q2 sunt se totis distincta: non sic substãtia ⁊ accidẽs: sȝ se-
cũdo modo plus distinguunt substãtia ⁊ accidẽs: q2 non
faciunt vnum per se sicut materia ⁊ forma qđ videt eẽ ꝓ
pter maiorem repugnantiam seu nõ idẽtitatem intrinse
cam que est inter substãtiam ⁊ accidens ꝙ inter mãm ⁊
Ad 7m formam. ¶ Ad septimum dico ꝙ ex duob' existentib' in
actu accipiendo actũ formalẽ ⁊ specificum qui distinguit
contra potentiam subiectiuam: nõ põt fieri vnuȝ per se:
q2 quilibet talis actus dat eẽ perfectuȝ: sed ex duob' acti
bus entitatiuis vt actus est diuisus cõtra potẽtiam obie
ctiuam. sic dico ꝙ põt fieri vnum per se: huiusmodi autẽ
sunt materia ⁊ forma. Ad illud septimo meta. dico ꝙ au
ctoritas soluit seipsaȝ: q2 materia nõ est quid: nec quãtũ:
nec aliqd quibus ens determinat. Illa eniȝ qbus ens de
Ad 8m terminat sunt genera vel spẽs. Materia autẽ nullũ hoȝ
Est Sco. 2° est. ¶ Ad vltimũ dico ꝙ Cõmẽ. loquitur de potẽtia obie
sen, di. 12. q. 1. ctiua. Et sic verum est ꝙ agens extrahẽs illã potẽtiã ad
actum nõ largitur multitudineȝ sed perfectionem: q2 al-
bedo in actu nõ est cõpositior seipsa: vt in potentia obie-
ctiua sed perfectior. Si vo sit sermo de potentia subiecti
ua sic agens largit multitudinem: q2 in termino genera-
tiõis aliqd est actu in materia qđ prius non erat.

Circa 2m qñ tũ pncipale d mat. ria.

Ad scđm principale sic proce-

ditur ⁊ arguit ꝙ materiam existere sine forma includet
p° cõtradictionem ex terminis. Primo ex materie diffõne
sic. diffinitio ⁊ partes diffõnis actualiter cõpetunt diffini
to: sed si materia existeret sine forma nõ cõpeteret sibi dif
finitio materie: ergo ⁊c. maior est euidẽs: sed minor pro-
Tex. cõ. 82. batur: q2 Aristo. p̄mo phy. diffiniẽs mãm ait sic. ꝙ ma-
teria est primũ subiectum vniculqȝ ex quo fit aliqd cũ in-
sit non sm accidens: sed mã a forma separata non ineẽt.
2° ergo ⁊c. ¶ Preterea ex materie entitate arguo sic scđo:
q2 si materia posset existere sine forma: vel hoc eẽt: q2 ma
teria dicit aliam entitatẽ simplr: vel q2 aliam distinctam
a forma: vel aliaȝ distinctam ⁊ absolutã priorem entita-
te forme. Primũ non. q2 cum relatio dicat aliam entita-
tem a fundamẽto. ⁊ motus a mobili posset fieri relatio si
ne fundamento: ⁊ motus sine mobili. quoȝ vtrũqȝ est ab
surdũm. Nec scđm. quia sic entitas totius posset fieri si-
ne partib': puta homo sine anima ⁊ corpore: cũ dicat aliã
entitatem absolutam a partibus: eadẽ ratione duo alba
possent fieri sine relatiõe similitudinis: quoȝ vtrũqȝ vi-
detur absurdũ. Nec tertiuȝ. q2 sic subiectũ posset fieri si-
ne ꝓpria passione cum dicat aliã entitatem absolutam ⁊
priorem ex natura rei ipsa passiõe: qđ est impossibile. er-
go nullo modo est possibile materiã existere sine forma.
3° ¶ Preterea ex materie relatiuitate arguo sic tertio. Im
possibile est effectũ formalẽ esse sine forma: puta esse albũ
sine albedine: sed eẽ relatum est effectus formalis relatio
nis: materia autẽ refertur ad formaȝ ex p̄mo phy. ergo
impossibile est eẽ mãm sine forma vel relatione. Sed re-
4° latio est quedam forma. ergo ⁊c. ¶ Preterea ex materie
actualitate arguo quarto sic. Impossibile est aliqd existe
re sine existentia: sed existẽtia est quedã forma rei que exi
stit: ergo impossibile est mãȝ existere sine forma. ¶ Pre-
5° terea ex materie ꝓprietate arguo sic quinto. Impossibi-
le est duo cõtraria eidem simul inesse: ex p̄mo de genera-
tiõe. sed si materia eẽt sine forma inessent simul sibi duo
cõtraria. ergo ⁊c. minor ꝓbatur. q2 haberet simul poten-
tiam ad formas cõtrarias: formarũ autem cõtrariarum
contrarie sunt potẽtie. ex tertio phy. vt posse sanare ⁊ pos
6° se egrotare. ¶ Preterea ex materie finitate arguo sexto
sic. oẽ ens citra primuȝ est finitum ⁊ limitatum: sed mate
ria si esset sine forma esset illimitata: q2 limitatur per for
mam. ergo ⁊c. ¶ Ad oppositũ. per se esse magis compe- Ad oppom
rit substantie ꝙ accidẽti: cum sit modus ꝓprius essendi
predicamẽti substantie: sed accidẽtia esse per se nullã in-
cludit contradictionem: imo de facto ita est in sacramẽ-
to eucharistie: ergo multo magis est possibile hoc de mã
cum ipsa sit substantia ex scđo de aia. ¶ Confirmat ⁊ est
idem quia non minus depẽdet accidens a substantia ꝙ
materia a forma: sed accidẽtia possunt existere sine sub-
iecto: ergo materia sine forma: vnde qui hoc negant de
materia magis negarent de accidentibus: nisi eis veri-
tas fidei obuiaret.

Respondeo in ista questione.

Primo opiniones aliquas improbabo. ¶ Scđo op. sco
ticam declarabo. ¶ Tertio quedã dubia occurrentia re- Albertus magn°
mouebo. ¶ Quãtũ ad primũ est vna opio dicẽs hoc inclu- S. th. p° pte.
dere ꝯtradictionem ⁊ esse oino impossibile mãȝ existere si- q. 66. arti. 1.
ne forma. ꝓbatur multiplr. Et p̄mo sic. quanto aliq̃ sunt Egi.
magis vnũ: tanto minus sunt separabilia. Sȝ materia ⁊ Au. p° ph. c.
forma sunt magis vnuȝ ꝙ subiectum ⁊ ꝓpria passio. er- 1. ⁊ 1° eiusdes
go cũ subiectum ⁊ passio nõ sint separabilia: q2 hoc eẽt cõ 7. 30. ⁊. 7. me
tradictio multominus mã ⁊ forma sunt inseparabilia. ma 12. 34.
ior est euidẽs: q2 vnum est qđ est indiuisum ⁊ insepara-
bile in se ⁊ diuisuȝ ab omni alio. mi9 ꝓbat. q2 materia ⁊
forma faciũt vnum per se eẽntialiter: ⁊ in p̄mo modo di-
cendi per se. ¶ Preterea scđo sic. omni eo qđ per se põt 2°
esse põt fieri aliquid inferius: puta illud qđ nõ põt per se
esse: sed nihil põt fieri inferius mã: q2 est ens in potẽtia:
est ꝓpe nihil sm Augustinũ. qcquid igitur esset inferius
materia esset nihil: ergo impossibile est mãm esse per se.
¶ Preterea tertio sic. qđ non est actus nec habẽs actuȝ 3°
non põt actu per se existere: sed materia est huiusmodi:
cũ sit ens in potẽtia: ⁊ potentia ⁊ actus diuidũt ens: q2 ni
hil actus includit in potentia: nec ecõuerso: ergo mã nõ
potest per se existere. ¶ Cõfirmatur. Omne eẽ est a for-
ma sm Boetiũ. ergo materia nõ potest esse sine forma.
¶ Preterea quarto. qđ nõ habet ideaȝ in deo nõ potest 4°
esse vel fieri sine alio: sed materia nõ habet ideã in deo:
ergo ⁊c. maior patet. q2 idea est quo mediante res est ꝓ-
ducibilis in effectũ. ¶ Preterea quinto. que analogant 5°
in aliquo p̄mo illud est formalr ⁊ realiter in illo p̄mo: nõ
in alijs nisi per attributionẽ solum ad illud primum: sed
omne eẽ est a forma: ergo mã nõ habet esse nisi per analo
giam ad formã: maior patet de sano in animali ⁊ vrina.
¶ Preterea sexto. Materia dependet plus a forma ꝙ 6°
ecõuerso. sed forme alique mãles non possunt existere si-
ne materia. ergo multominus ecõuerso. minor ꝓbatur:
q2 aliter ille forme eẽnt spirituales ⁊ imateriales: qđ est
contradictio cũ sint forme mãles ⁊ corporales. ¶ Prete 7°
rea septimo. impossibile est creaturã existere sine ꝯserua
tiõe. Sed cõseruatio est quedam forma respectiua: ergo
impossibile est materiã existere sine forma. ¶ Dicũt igi-
tur isti ꝙ est oino impossibile materiam existere sine for-
ma: q2 sequitur triplex cõtradictio. ¶ Primo ex parte eẽ
in actu: q2 esse in actu: vel est forma: vel sequitur formam.
Materia autẽ nec est forma nec habẽs formam si eẽt se
parata: ergo esset actu ⁊ nõ esset actu: haberet formaȝ ⁊
non haberet. ¶ Scđa contradictio eẽt ex parte materie:
q2 ipsa est pura potẽtia: si ergo eẽt per se in actu eẽt pura
potentia ⁊ nõ esset. ¶ Tertia contradictio esset ex parte
per se stantis: quia omne per se stans in genere substan-
tie est species: vel indiuiduum ⁊ in genere directe. Sed
de ratione materie est ꝙ sit pars speciei vel indiuidui: er
go si per se staret esset pars ⁊ non esset pars. ¶ Sed ista
opinio est falsa ⁊ irratiõabilis. Cuius improbatio ⁊ falsi
tas patebit ex secundo articulo vbi opinio contraria ꝓ-
babitur. Nec rationes cogunt vnde respondeo per or-
dinem. ¶ Ad primum cum dicitur quanto aliqua sunt Rñr ad 1m
magis vnuȝ ⁊c. Dico ꝙ duplex est vnitas. scilicet vnitas
identitatis realis. et vnitas vnionis: si primo modo ac-
cipis vnum sic. maior est vera: sed minor est falsa: quia
magis sunt vnum realiter subiectum ⁊ passio ꝙ mate-
ria ⁊ forma: imo non est comparatio: quia materia ⁊ for-

ma non sunt vnum realiter. Subiectum autem ⁊ passio
sunt vnum realiter. Si autem acceperis vnum secundo
modo sic. maior est falsa ⁊ minor vera: quia vnitate vnio
nis magis sunt vnum materia ⁊ forma: vt procedit pro/
Ad 2ᵐ batio minoris ꝙ̄ subiectum ⁊ passio. ¶ Ad secundum
cum dicitur omni eo qḋ per se esse potest ⁊c. ꝯcedo maio
rem: q̄ etiam esse in alio inferius est ipso esse per se: ideo
omne accidens est inferius substātia ⁊ parte substantie. sȝ
minor est falsa: q̄ omne accńs est iferius substantie. Ad
Augustinū: materia est ꝓpe nihil non simplr: sed in gene
Contra. re substātie: q̄ est infimū in illo genere. ¶ Cōtra. si aliqḋ
inferius substātia pōt fieri: ergo aliqḋ superius: ⁊ per cō
R ńo. sequens aliqḋ superius supremo angelo. ¶ R̄ndeo. Lȝ
forte ꝯclusio sit vera ꝙ deus possit facere aliqḋ superius
supremo angelo: tamē qcqḋ sit ꝯsequentia nō videt̄ vale
re: q̄ nihil est superius suba. Est aūt aliquid iferius ea:
puta omne accńs quare nō sequit̄ si posset fieri aliqd ife/
Ad 3ᵐ rius suba. ergo aliqd superius. ¶ Ad tertiū cum dicit̄ ꝙ
nō est actus ⁊c. Dico ꝙ actus est duplex: formalis ⁊ enti
tatiuus. ṗmus opponit̄ potentie subiectiue. scḋs potētie
obiectiue. Et scḋo mō actus ⁊ potētia sunt diuidētia en
tis. Nō ṗmo modo vt patet ex questiōe precedēti. Si er/
go loqueris de actu formali: maior est falsa: ⁊ minor ve/
ra. Si de actu entitatiuo. sic maior est vera: ⁊ mior falsa:
q̄ materia de se lȝ nō sit actus formalis vt sic. nec habens
actū talem: est tamen actus entitatiuus: q̄ non est nihil.
¶ Ad ꝯfirmationem. Oē esse est a forma. verū est de actu
specifico ⁊ formali. Sȝ materia habet de se alium actū:
Ad 4ᵐ vt patet ex p̄dictis. ¶ Ad quartū dico ꝙ minor est falsa:
q̄ materia vt patet habet distinctā ideā in deo: cū sit ali
quid distinctū in entib' distincte intelligibilis ⁊ distincte p/
Ad 5ᵐ ducibilis. ¶ Ad q̄ntū cum dr̄ que analogant̄ ⁊c. Dico ꝙ
ista ꝓpositio si verū dicat in aliqbus: vt in sano de quo
arguit: habet tamē instātias in plurib' alijs: vt in substā
tia ⁊ accidente respectu entis: q̄ tā substātia ꝙ̄ accidens
sunt formalr̄ ⁊ realiter ens: vt ostēsum est in qōne p̄cedē/
ti: ⁊ ideo illa maior nō est vniuersalr̄ vera. forte etiam in
exēplo supponitur vnū falsum de sano: q̄ non est aliquis
vnus actus vel ꝯceptus sanitatis cōmunis sano in aiali
Ad 6ᵐ ⁊ in vrina: imo sunt equoci ⁊ diuersi de quo alias. ¶ Ad
sextū cum dr̄. ꝙ materia plus dependet a forma ꝙ̄ econ/
uerso. dico ꝙ falsū est: q̄ prius non videt̄ depēdere a po
steriori sed econuerso. Materia eni prior est forma sicut
fundamētum vel fulcimētum ei'. Sȝ esto adhuc, est fal/
sa minor. ¶ Ad ꝓbationē dico. ꝙ separatio forme a ma
teria nō variat formā: sicut nō variant̄ accńtia separata:
dato ergo ꝙ tales forme eēnt separate a mā vtiqȝ essent
m̄ales ⁊ corporales sicut prius: ⁊ si nō actu tn̄ aptitudine
Ad 7ᵐ subiecto inherētes. ¶ Ad vltimū dico. ꝙ relatio ꝯserua/
tionis nō est aliqd distinctū realiter a re ꝯseruata: sicut
nec creatio a creatura. Ideo mā separata eēt sine forma
nō obstāte relatiōe illa ꝯseruatiōis seu creatiōis. ¶ Nec
illa triplex cōtradictio. quasi dicit cogit. funiculus enī si
le triplex nō difficile rūpit̄. ¶ Prima cōtradictio nō ē cō
tradictio. Nā est actus formalis ⁊ specificus: ⁊ ōis talis
vel est formalis: vel sequtur formā talē nō habet materia
de se. Alius est entitatiuus actus quo aliqd est in actu:
qcquid enī est extra suā cām ⁊ extra rōnem ⁊ itellectū est
actus entitatis: ⁊ talē habet mā cum sit aliquid extra ni/
hil. ergo materia est in actu entitatiuo ⁊ non in actu for/
mali: sed hic nulla est ꝯtradictio. Sed si arguas: non est
in actu formali. ergo nō est in actu est euidēter falsa cōse
quentia. ¶ Scḋa etiā dicta contradictio nō est cōtradi/
ctio: q̄ esse in potētia est duplex: siue duplex est potentia:
subiectiua ⁊ obiectiua. Mā est in potētia ṗmo mō nō se
cūdo: vt dictū est in questiōe precedēti: sed eē in potentia
subiectiua nō abijcit eē in actu opposito potentie obiecti
ue. ¶ Tertia etiā nō est ꝯtradictio. Nō enī omne per se
stans in genere substātie est spēs vel indiuiduum: habet
enim instātiam de aīa separata m.ī. ergo ⁊ est per ⁊ pōt eē
per se stans sicut ⁊ aīa rōnalis. Ad oēs autem auctorita/
tes ph̄i seu Cōmētatoris: seu cuiuscunqȝ alterius que vi
dent̄ negare mām posse existere sine forma. Dicēdū ē ꝙ
loquūtur de cōmuni cursu nature ⁊ potētia creata: sȝ hoc
non obstāte est possibile de potentia diuina: ⁊ per conse/
quens nullā icludit ꝯtradictionē. ¶ Alia est opinio que Sco. 2° sen. di
dicit mām posse existere sine forma absqȝ vlla ꝯtradictio sti. 12. q. 2.
ne ⁊ per potētiam diuinā. Modus ponēdi quātū ad hoc
est iste. dicit enī ꝙ sm̄ Cōmē. super scḋā est hebdoma
dam Boetij eē simplr̄ ⁊ esse aliqḋ diuersimode accipit̄
in theologia ⁊ ph̄ia. Nam in theologia eē simplr̄ conue/
nit rei quadā extrinseca denoiatione ab esse primi princi
pij inquātū res participant diuinū eē: sed eē aliquid: pu
ta hoiem vel leonem ꝯuenit rei quadā intrinseca deno/
minatiōe a natura sue essentie ⁊ ꝓprie qditatis: sȝ ph̄i eo
dem mō dicūt rem eē simplr̄ ⁊ eē aliqd. s. ab intriseca rei
denoiatione: ⁊ hinc est ꝙ theologi nō dicūt eē simplr̄ cō/
uenire equiuoce decē generibus: q̄ eadē rōne conuenit
eis esse participatū: q̄ participant esse ideale qḋ est in se
vnū ⁊ idē: lȝ idee dicātur eē diuerse in deo per respectum
ad diuersas creaturas: sȝ ph̄s dicit eē equoce conuenire
decē generib': q̄ diuerse sunt rerū eēntie quib' sm̄ ipsū
res nō solum hn̄t eē aliquid: sed eē simplr̄. ¶ Ad ꝓpositū
in mā est triplex eē: vnū eē simplr̄: siue accipiat̄ eē simpli
citer sm̄ theologos: siue sm̄ ph̄os. Aliud esse aliquid: ⁊
hoc duplr̄: vnum est in se qḋdam capacitas: ⁊ quedā enti/
tas ⁊ eēntia distincta a quocūqȝ alio. Scḋū eē vt fulcimē
tum cōpositi: ⁊ hoc eē habet a forma. Nā forma perficiē/
do capacitatē māe cōmunicat sibi suū eē: ⁊ per ꝯsequens
toti composito ⁊ tale eē est qḋ habet mā a forma in actu.
Quādo autem desinit eē a forma desinit eē simplr̄ sȝ cur
sum nature: qḋ attēdentes ph̄i dixerūt materiam eē ens
in potētia ⁊ non posse eē sine forma. ¶ Si obijciat̄ ꝙ tūc
duplex eē perfectum erit in composito. s. vnum composi/
ti aliud materie. ¶ Respondeo. ꝙ verum eēt si materia
actum suum quem pōt habere actione diuina nata esset
habere ⁊ haberet in cōposito ad modū materie artificia
lium. Sed materia non habet illū actum in cōposito. sed
tn̄ actum forme. Vult ergo dicere ꝙ materia vt in com
posito habet tn̄ esse sibi cōmunicatū a forma. Aliud aūt
esse dat̄ sibi supernaturaliter a deo qḋ etiam non habet:
vt est in composito: q̄ repugnat per se vnitati compositi.
Sed illud eē haberet si deus eam faceret sine forma. Et
sm̄ hoc materia sine forma. Imaginat̄ enim iste doctor:
vt videt̄ ꝙ cum vnius compositi sit tn̄ vnum eē. illud ex
ꝯsequenti ⁊ per accidēs est ipsius materie ⁊ forme ꝯcutiī
liber accidentis illius totius. Si igitur materia separaret̄
a composito deus dat sibi nouū eē: q̄ tunc non potest ha/
bere eē totius qḋ prius. ¶ Opinio ergo ista vt applicat̄
ad propositum de quo querit̄ur dicit quasi duo. Primū p^m dictum.
dictum est. ꝙ materia in cōposito non habet eē nisi cōpo
siti ⁊ forme. ¶ Scḋm dictum est. ꝙ in separatione si sepa 2^m dictum.
raret̄ a forma acquirit nouum esse supernaturalr̄ a deo.
¶ Sȝ contra primū dictū arguo sic. Quicqḋ est aliquid Contra
propria aliquitate est aliquid: sed materia est aliquid in
cōposito. ergo propria aliquitate est aliquid: ⁊ nō aliqui/
tate forme vel compositi. maior videtur euidens: q̄ cū
esse aliquid dicat entitatem rei intrinsecam: ideo compe
tit rei esse aliquid a sua propria ⁊ intrinseca ratione vel
aliquitate: minor patet. quia materia in composito non
est nihil. ergo aliquid. ¶ Cōfirmat̄ r. quia vnumquod/
qȝ qḋ est extra suam causam: ⁊ extra intellectum: sicut ha
bet propriam aliquitatem ⁊ entitatē ita habet ⁊ propri/
um esse. quia esse ⁊ essentia idem sunt realiter vt nūc sup
pono: sed materia est aliquid extra suam causam ⁊ extra
intellectum: vt etiam est in composito: quia non est ens
rationis: ergo habet propriam entitatem ⁊ proprium eē:
⁊ per consequens materia non habet esse formaliter per
esse compositi vel esse forme. ¶ Contra scḋm dictum ar ꝯ 2^m dictum.
guo sic. Impossibile est transire de contradictorio in con
tradictorio sine mutatione media: quia aliter non esset
ratio quare nunc alterum contradictorium inesset ⁊ nō
prius. Si ergo materia in sēparatione transit a non esse
ad esse illud nouum hoc erit mediante aliqua mutatio/
ne. Illa mutatio vel erit creatio lȝ improprie creatio di/
cat̄ mutatio: vel erit generatio: vel augmentatio: vel al/
teratio: vel sȝ locū mutatio. Nō creatio: q̄ mā iā p̄fuit: ⁊
sō idē bis acciperet eē per creationem: qḋ est impossibi/

le. Nec generatio q: ipsa materia est ingenerabilis ⁊ in-
Tex.cō.82. corruptibilis: ex pmo phys. Nec est alteratio vel augmē
tatio: q: per talem separationem non acqritur: nec quali
tas: nec quātitas in materia: imo magis abijcit. Nec est
loci mutatio: patet ergo ꝙ materia nullū nouum eē acq-
rit si forma separaret. ¶ Preterea. illud esse vel eēt sub-
stantiale vel accidētale. Non substātiale: tum q: hoc eēt
necessario per generationē: tū q: tunc materia haberet
duplex esse substantiale. Primū qḋ habebat. ⁊ scḋm qḋ
nouiter acquirit: nec potest esse accidētale: q: per tale eē
non esset materia per se existens: nec simplr independēs
sed potius oppositū: q: nullum accidens habet ꝙ sit per
se existēs vel forma independens. ¶ Preterea. si sic ergo
materia naturalr per se existere poterit sine forma: conse
quens est falsū. ergo ⁊ antecedēs. probatio cōsequentie:
lȝ aliqua perfectio vel aliqḋ esse alicui supernaturalr de-
tur: tamē postq̄ inest: naturale ē habēti illud habere vel
posse habere. Exēplum de ceco illuminato supernatura
liter: q: habito visu naturalr videt: ergo si materie attri
buitur tale eē nouum supernaturalr: lȝ sit miraculum in
primo instāti in quo tale esse sibi daf: tamē postea natu-
raliter mā per se eēt sm illud esse: qḋ est absurdum ⁊ cō-
No^m tra te. ¶ Notādum tamen ꝙ si ista positio intelligeret ꝙ
materie separate attribuitur nouū eē: nō positiue sed ne
gatiue: puta negatio ipsius eē cōmunicati a forma: id est
ꝙ materia per se existēs esset sine tali esse cōicato: que q-
dem negatio est qḋdam per se esse: ita ꝙ ex hoc materia
esse dicatur per se: q: non recipit eē forme. Sic opio ha-
beret colorē: q: vere materie separate cōmunicaf adeo
per se eē negatiue: ⁊ per cōsequens dici potest ꝙ tale esse
non haberet materia in cōposito. q: hoc repugnaret vni
tati cōpositi. Nā si materia non informaret forma in cō
posito: compositū non eēt vnum per se: sȝ quasi quoddā
per accidens. Nō tamē imaginādum est ꝙ aliquid posi-
tiuum nouum cōmunicetur materie separate.

2° li. d. 12. q. 1. Quantū ad scḋm. est conclu-
sio Scoti ꝙ materia sine aliqua contradictiōe potest per
se existere sine quacūq; forma substantiali: siue accidēta-
li vel absoluta: vel respectiua sic itelligēdo. ꝙ ex hoc ma-
teria non acqrit aliquod nouū esse positiuū qḋ prius in
p̄ cōposito non haberet. ¶ Hec cōclusio probaf quadrupli
citer. primo sic. Omne absolutū prius alio a quo realr di
stinguif potest eē sine cōtradictione: sine illo. sȝ mā est qḋ
absolutum distinctum realiter ⁊ prius quacunq; forma
substantiali seu accidentali. ergo ⁊c. maior exponif. Di-
co enim prius ꝓpter dependentiā essentialem posterioris
ad prius. Nā posterius sic depēdens nō pōt esse sine prio
ri a quo sic dependet. Dico absolutum ad remouendum
instātiam de correlatiuis: que tamē secum compatiūtur
prioritatem originis: vt pater ⁊ filius qui sine inuicē esse
non possunt. Dico distinctū realiter ꝓpter instantiā que
fieret de subiecto ⁊ ꝓpria passione: ⁊ quibusdā alijs: vñ
maior nō videtur neganda: nisi ꝓpter defectū alicui^9 cō
ditionis predictarū. minor est euidens: nā ꝙ materia sit
prior patet. q: est fundamētum ⁊ receptaculū formarū:
mē. Sȝ virtꝰ semis est vniformis vt pȝ: et mā similr ergo
virtꝰ semis nō pōt efficere tātā difformitatē quātā appa-
ret in organis aialiū: nec per ꝯñs alterare ad tātā diffor
mitatē. maior est euidēs ex hoc qa difformitas i effectu:
vel accidit ex difformitate agētis vel passi. Quid ergo di
co ꝙ virtus que facit tātā difformitatē organoꝝ sic corpo
re aialis opȝ ꝙ sit agēs difforme: et illō ē actio difformis i
fluētie seu caloris celestis: que ꝯsona ē virtuti diuie quā-

tū ad hoc. Nec puto icōueniēs si ad istā actionem diffor-
mē aliquo mō ꝯcurrit semē cū eā. ¶ Quo ad tertiū decla Circa 3m
rādū sit ista pma ꝯ. Ratio semialis lȝ sit in mā: nō tamen p° ꝯclo
est ipsa mā. Hanc pbo sic. qa Augꝰ. 18. geñ. dicit. ꝙ Leui
fuit in lūbis patrū fm rōnē seminalē: Chūs nō. tō nō fuit
decimatꝰ in Abraā: vt dicit apls Hebre. 7. sed fuit ibi fȝ
corpulētā subam: et tamē vterqȝ tā leui ꝙ Chūs: fuit fm
mām nullo dubitāte: ergo rō seminalis nō est idē qd mā.
¶ Scda ꝯ est ista. Rō seminalis nō est potētia receptiua 2° ꝯclo
māe. qd pȝ. Tum ex rōne pcedente: qa tā leui ꝙ chūs fuit
in lūbis patrū fm potētiā receptiuā materie: lȝ nō vter-
qȝ fuit fm rōnē seminalē. Tū qa fm Augustinū. 9. gene.
deus multa pduxit de materia ad que nō fuit rō semina
lis in ea: sed deus nihil pōt pducere ad qd ipsa nō est in
potentia receptiua: ergo rō seminalis nō est potētia rece
ptiua materie. ¶ Tertia ꝯ sit ista. Rō semialis non est 3° ꝯclo
aliquis actus in mā preexistēs: puta aliqua icboatio for-
mar modis preexpositis: hoc patet ex improbatiōe opi.
¶ Quarta ꝯ sit ista. Rō seminalis est aliq̄ rō seminis in 4° ꝯclo
quātū semen est: et illō vel est forma subalis seminis: vel
qd magis credo est aliq̄ q̄litas nectio ꝯsequēs formā se-
minis. V.g. forma subalis grani vel tritici vel q̄litas cō
sequēs formā grani. ¶ Quita ꝯ sit ista. Rō seminalis nō 5° ꝯclo
est coeua materie: sicut nec semē: hoc appet: qꝛ semē in q
est rō seminalis sicut in subo fit ex alimēto nec semp est
in materia vel in generante cū fiat de superfluo alimēti.
¶ Quo ad quartū declarādū pmitto vnā distōnē ꝙ eoꝝ Circa 4m
que generanf: quedā gnanf vniuoce: quedā equoce: eo-
rū que et gnanf vniuoce: quedā imediate: et quedam me
diate generanf. Exēplū primi. Sol vel itelligētia medi-
ante motu celi gnat ranā. Exēplū scdi. ignis gnat ignē. et
hō hoiem ꝛc. ¶ His visis ad ppositum sit ista pma ꝯ. In p° ꝯclo
generatis vniuoce vel equoce imediate nō regrif rō se-
minis vel seminalis: hāc ostēdo sic. Rō seminalis ponif
qōdā mediū inter generās et genitū: vt et absente gnāte
agat: sȝ absente virtute solis vel ignis nihil agit ad gna
tionē rane vel ignis: vñ absente igne aq̄ reddit ad frigi-
ditatē si ex aqua debet ignis gnari: vñ ignis imediate ge
nerat ignem: ergo in talibꝰ nō requiritur necessario rō se
minalis. ¶ Preterea. vbi nō ꝯcurrit semen nulla cōcur-
rit rō semialis: qꝛ rō seminalis nō est sine semine: cū sit
forma eiꝰ subalis vel accidētalis: sed in generatis equo-
ce vel vniuoce imediate nō ꝯcurrit semē: pȝ. ergo nec ra-
tio seminalis. ¶ Scda ꝯ sit ista. In gnātis mediate vni- 2° ꝯclo
uoce vel q̄si vniuoce qd dico pter gnationē muli et simi-
lium necessario exigif rō semialis: hec ꝯclo pȝ per media
opposita. Tū qa talia agētia seu generātia nō agūt ime-
diate sȝ mediāte semine. Tū qa eis absentibꝰ gnatio con
tinuaf. g in talibꝰ nectio exigif rō seminalis. ¶ Aduertē-
dū tn̄ ꝙ si loquamur large de rōne seminali in oī gnatiōe
est ponere aliq̄ mō rōnē semialē. Ipsa eni mixta adinui
cem gnāta hnt rōnē seminalē: qa a generāte recipiūt ali
quas q̄litates que sunt vie ad formas vlteriores et perfe
ctiores: et iō vocari pñt rōnes seminales. In gnātis etiā
per putrefactionē. Nā in cadauere leonis pōt iduci aliq̄
qualitas a corpore celesti que erit ad formā apis vl' auis.
et illa qualitas est filiis illi quā daret agēs vniuocū: et pōt
dici rō seminalis: pōt et rō seminalis eē in nō vere mixtis.
sed mixtis p iuxta positionē: tale eni mixtū pōt hēe a cor-
pore celesti aliquā qualitatē que erit rō semialis. Itē vnū
alteriꝰ elemētū pōt dici large rō seminalis cū ex se inuicē
generanf. Itē vnū elemētū pōt eē q̄si rō semialis respe-
ctu mixti: cū ex vno elemēto mixtū generef: fm illō gene-
sis pmo. ꝙ deꝰ fecit pisces ex aq̄. ¶ Ex pdictis pȝ illō Au
gustini. 13. de trini. 19. ꝙ i elemētis mūdi huiꝰ ponēde sūt
rationes seminales. patet et illud primo de trini. cap. 19.
de magis Pharaonis. qui fecerunt ranas: elemēta eñȝ
potuerūt sic a demonibus ꝯdēsari et ꝯtemperari: vel per
simplicem mixtionem: vel per mixtionē que est iuxta po
sitio: ꝙ ex eis causaref quedā cōtēperātia: et quedā q̄li
tas vel forma que erit via ad aliqd perfectius. et pōt dici
rō semialis: sic fecerūt demones adiungētes elementa
passiua actiuis: et eis expositis debite influētie celi gnate
sunt rane: pprie tn̄ loquēdo rō semialis ē i hñtibꝰ semen.

Circa 5m ¶ Quo ad quītū declarādū .s. ad qd est ratio seminalis. Dico q̄ nō ponit̄ vt sit p̄ncipiū p̄ductiuū forme substātialis: sicut nec semē: ⁊ p̄pter easdē rōnes. Itē sicut nec semen est sufficiēs alterās sine īfluētia celi. vt supra dictum fuit: sic nec rō seminalis que est seminis aliq̄ actiua virtus: sunt tñ semē ⁊ rō seminalis nō sufficiēter: s; aliqualr̄ ꝯcausatiua ⁊ coactiua non ad formā subalē: sed alterationē preuiā. ¶ Ex oib⁹ predictis ꝯcludit̄ q̄ nihil preexigit̄ in mā vt inchoatio forme vel actiuū forme qd̄ ī ip̄az formā naturalr̄ generatā: naturalr̄ trāsmutet̄: sic ad questionem.

Ad p̄m ¶ Ad argumēta opi. tenētis ptē affirmatiuā. Ad primū de creatiōe. Nego ꝯsequētiā. Ad p̄bationē cū dicit̄ creatio est de nihilo factio. ¶ Respōdeo q̄ li de nihilo pōt dicere habitudinem termini vel subiecti. Si dicat habitudinē termini: sic creatio nō distīguit̄ a gñatiōe naturali. Utrūq; enī est p̄ductio de nihilo vt termio. Si dicat habitudinē subiecti: sic ē tñ creatio ⁊ nō gñatio naturalis: creatio enī est p̄ductio de nihilo ⁊ de nullo p̄supposito: ita q̄ excludit oēm causalitatē cuiuslibet cāe tā mālis q̄̄ formalis q̄̄ etiā efficiētis causati: concausantis ipsi creato l; aliquādo ꝯcurrat vt posteri⁹: puta si res creata recipiat̄ in aliquo susceptibili. oppo^m aūt hui⁹ semp accidit in actiōe nāli: qa ibi coexigit̄ subiectum ⁊ mā concausans que est in potētia nāli ad formā: hn̄s inclinationem ad eā tāq̄; p̄iuata ea ⁊ apta nata naturalr̄ recipe eā: vñ si per īpossibile forma nālis p̄duceret̄ a nā non ꝯcurrente materia nec trāsmutata per nāz: ois talis p̄ductio esset creatio.

No^m ¶ Vñ notādū q̄ creatio est p̄ductio iter ens ⁊ nihil simplr̄. ¶ S; gñatio inter ens ⁊ p̄uationē: que p̄uatio ⁊ si nihil sit formalr̄: tñ presupponit aptitudinem ⁊ inclinationē nālem in subiecto aliquo mō ꝯcausante: nō sic creatio. Ex hoc cessat istātia de gr̄a: ⁊ aīa intellectiua: qa ad illā p̄ductionē nō ꝯcurrit aliqua causa ꝯcausans ipsi p̄ducenti: cū iste forme nō educant̄ de potētia materie: vñ ⁊ deus posset eas p̄ducere sine susceptiuo: ⁊ tūc p; q̄ nihil sibi congereret: sicut ēt in p̄mo signo nāe p̄ducunt̄ a deo nulla alia cā ꝯcausante: ⁊ in scd̄o signo vniunt̄ gratia aīe: ⁊ aīa itellectiua corpori. ¶ Aliter dicit̄ ⁊ redit ad idē q̄ aliqd fieri de aliquo pōt itelligi dupl̄r .s. trāsitiue ⁊ intrāsitiue. Trāsitiue di fieri aliqd de aliquo qñ aliquod cōe subest termino p̄ductiōis: ⁊ ab vno transit ad aliud. V.g. cū albū fit ex nigro: ⁊ figuratum ex ifigurato: ⁊ hoc

T.7.26.⁊.27 mō solū cōpositū dicit̄ fieri ⁊ nō forma quomō Aristo. 7. meta. dicit. q̄ forma nō fit sed cōpositū: qa sicut ibi Arist. arguit oporteret q̄ mā eēt pars ipsi⁹ forme que mā transiret de nō forma ad formā: sicut ens trāsit de ifigurato ad figuratū ⁊ est ps figurati. ¶ Alio mō dī aliqd fieri de aliquo itrāsitiue: qñ nō est aliqd cōe vtriq; termio p̄ductionis qd̄ transeat: ⁊ hoc mō fit forma ex mā: qa nihil est ex parte māe qd̄ transeat in formā. Dices forte ergo creat̄. dico q̄ nō creat̄. ¶ Ad cuius euidētiā est notādū q̄ ē dif-

Dr̄ia creationis ab actiōe naturali. ferētia inter creationē ⁊ actionē nālē quātū ad hoc. quia actio nālis dependet a mā: ⁊ nō tñ ab agēte: ideo terminat̄ ad certū terminū per mām. Vñ sm Cōmē. 11. meta.

Cōm. 17. In mā sunt q̄dā portiōes seu habilitates que determināt actionē agētis. V.g. Virtus solis q̄uis est de se vniformiter agit respectu oium: q̄re tñ ex vna mā p̄ducit vermē: ⁊ ex alia fabā: q̄re ex grano tritici nō pōt p̄ducere fabam: hoc est qa diuersis habilitatib⁹ māe actio sua determinat̄ ad certū terminū p̄ducēdum: ita q̄ gñatio nālis nō tñ depēdet ab agēte: sed ēt a mā. Non sic est de creatiōe: qa creatio totalr̄ depēdet ab agēte: ⁊ nullo mō a mā: de⁹ enī nō determinat̄ ex ipsa aīa ad creādū grām plus q̄̄ fidē: vel aliqd aliud: qa actio creatiōis totalr̄ ⁊ simpl̄r dependet ab agēte. ¶ Dicēdū igit̄ sm hoc q̄ forma nālis non fit ex aliquo trāsitiue: sed fit de aliquo p̄supposito .s. materia: ex qua fit itrāsitiue: ⁊ ex hoc vitat̄ creatio sufficiēter: agens tñ creatū supposita mā disposita ad formā p̄ducit formā de nō aliquo trāsitiue: s; semp aliquo p̄supposito. ¶ Ex quo p; q̄ nō sit idē fieri de aliq̄ ⁊ fieri aliq̄ p̄supposito: nec ē idē fieri de nō aliquo ⁊ fieri nullo presupposito. ¶ Nec mīno satis p̄babilis est q̄̄tū ꝯsonat p̄me rñsioni: p; tñ ex p̄dictis q̄ agēs nāle: nec creat: nec annihilat esto q̄ p̄ducat formā nō p̄supposito aliquo in mā qd̄ i forma trāsmutet̄.

Ad 2m ¶ Ad scd̄m cū arguit̄. ergo gñatio forme nālis nō est nālis. Nego ꝯñtiā. ¶ Ad cui⁹ euidētiā p̄mitto q̄dā: q̄ nālitas gñationis ⁊ mot⁹ nālis accipienda sit ex pte p̄ncipij ad formā naturalr̄ iclinati: ⁊ nō ex parte p̄ncipij actiui ipsi mobili inexistētis. p̄batio hui⁹. Nālis mutatio est sm quā passiuū mutat̄ sicut aptū natū est mutari a quocūq; agēte. Vñ p̄hs octauo phy. assignat cām q̄re

Tex.cō.32. elemēta nāliter mouent̄ ad sua loca: puta leuia sursum ⁊ grauia deorsū: ⁊ dic̄ q̄ cā hui⁹ ē: qa sic apta nata sūt moueri: s; nunq̄ est sic aptū natū pp p̄ncipiū actiuū intrinsecū inexistēs: s; pp p̄n^m passiuū nāliter iclinatum. p; tñ q̄ nālitas ista accipiēda est ex pte p̄ncipij passiui nāliter inclinati. ¶ Preterea nā vt est p̄n^m mot⁹ vel mutatiōis nālis est p̄ncipiū intrinsecū: q2 est p̄n^m motus ⁊ qetis ei⁹ in quo est: s; nā rōne p̄ncipij passiui est p̄n^m intrinsecū ⁊ non rōne p̄ncipij actiui: ergo ista nālitas accipiēda est ex pte

Tex.cō.8. p̄ncipij passiui nō actiui. minor p̄batur ex scd̄o phy. vbi dī q̄ accidit ifirmo qui mouet̄ ad sanitatē q̄ sit medicus vel hēat artē que sit p̄n^m actiuū sanitatis: q2 tūc sanaret̄ inq̄tū medic⁹: qd̄ est falsū: s; accidit ifirmo q sanat̄ esse medicū. ¶ Preterea hoc idē p; ex diffōne nāe: qa nā est

Tex.cō.3. p̄n^m motus ⁊ qetis in quo ē p̄mo ⁊ p se. ex scd̄o phy. S; ipoīe est q̄ p̄n^m motiuū sit in moto p̄mo ⁊ p se: qa q̄ mouēs ⁊ motū ꝯcurrunt in eodē accidit: qa p̄rr diuidi. tñ ⁊c̄. ¶ His visis rñdeo ad p̄batiōes ꝯsequentie. Ad p̄mam

Rñdet p̄bationi sūpte ex scd̄a via. Ad p̄m dico q̄ illa auctoritas. 7. meta. sic est exponēda. Si natura fiūt in q̄rūcūq; mā est ps aliq̄ forme .s. in potētia ⁊ non in actu que sic mouet māz .s. passiue ⁊ sm iclinationē nālem sicut mouet̄ ab extriseco .s. actiue. Sic aūt exponēdo auctoritatē nihil habes. ¶ Ad aliā cū dī q̄ ois gñatio natu-

Ad 2m ralis hēt p̄n^m actiuū: ēt dico q̄ falsū ē: tu dicis q̄ nā ē p̄ncipiū mot⁹ ei⁹ in quo ē. Dico q̄ ē p̄n^m passiuū nō actiuū.

Cōtra ¶ Cōtra. qr nā dī de forma magis q̄̄ de mā. ex scd̄o phy.

Tex.cō.12. Rñdetur. ¶ Rñdeo. nā vt dicit p̄n^m passiuum dī de mā ⁊ de forma. Naz per formā p quā res est talis res p eādē est receptiua passiōis ꝯsitis formā. Exēpliū. per eādē formā qua hō est hō: est receptiuus risibilitatis: qa p eādē formā q̄ graue est graue: vel leue ē leue. cōpetit eis talis vel talis motus. ¶ Ad ꝯfirmationē de dr̄ia artificialiū a nālib⁹. dico q̄ illa differētia accipiēda est penes principiū passiuū. et cum dicis q̄ penes hoc nō differūt. dico q̄ hoc est falsū: qa in nālibus p̄n^m passiuū habet determinatā iclinationem ad formā: in artificialib⁹ nō. Si ibi vel iductio forme est ꝯ̄ inclinationē māe: vt p; in edificijs ⁊ erectiōib⁹. ē enī cōtra inclinationē grauiū q̄ ponant̄ sursū in tecto: vel saltem mā est in potētia neutra ad formas artificiales.

Ad 3m ¶ Ad aliam confirmationē sexto metaph̄. patet per idem. ¶ Ad tertiā probationem cū dicit̄ q̄ violentū ⁊c̄. Dicēdū q̄ li ꝯferēte vim debet ꝯstrui cū li passo: ⁊ nō cū li principiū extra vt sit sensus ⁊ violentū est cuius p̄ncipium est ab extra ipso passo nō cōferente vim: confert autem vim passiuū non actiue: sed inclinatiue ⁊ dispositiue: quādo .s. habet naturalem ⁊ determinatam inclinatiōē ad formā inducēdam: qd̄ non est verum de violento vt cum lapis fert̄ sursum: sed ex hoc nihil habes. Sufficit enim q̄ mā sit naturaliter inclinata ad formā naturalē ad saluādā naturalitatē generatiōis esto q̄ nihil actiuū

Ad 4m sit ex parte materie. ¶ Ad vltimā p̄bationem cum dicit̄ q̄ casus ⁊ fortuna reducunt̄ ad nām ⁊ intellectum ⁊c̄. dico q̄ ibi equocat̄ de natura vt est p̄ncipiū actiuū distinctum cōtra agēs a p̄posito: ⁊ vt est p̄n^m mot⁹ nālis distinctum cōtra violētum. p̄mo mō est p̄n^m actiuū determinatum ad vnū modum agēdi: ⁊ sic ad nām reducit̄ casus ⁊ fortuna. scd̄o mō est p̄ncipium passiuum naturalr̄ inclinatum ad formam: ⁊ sic separat̄ a violēto vt preexpositū est: sed ex hoc nihil habeo. ¶ Ad rōnes principales. Ad

Ad rationes p̄ncipales p̄mi q̄siti scd̄i articuli. primum cū dicit̄. q̄ forma respectu quarū ⁊c̄. q̄ ista maior est falsa: vt p; ex p̄dictis. ¶ Ad Augustinū dicēdū q̄ inchoationē forme nominat ipsū semē vel rōnem seminalem modo preexposito: ⁊ sic veritatē habet dictū ei⁹. ¶ Ad duas auctoritates Cōmen. 8. metaph̄. dicendū q̄ loquitur de potentia obiectiua: vt alias respōsum est: sic enim agēs non largitur multitudinem sed perfectionē: ⁊ illud qd̄ est in potētia ⁊ in actu non sunt duo diuersa: s;

loquendo

loquendo de potentia subiectiua sic agēs largit multitu
dinem pducēdo formā aliquā de nouo. ꝛ ens in potentia
pura mā ꝛ ens in actu. s. forma educta in actū sunt duo di
uersa. ꝛ realr distīcta. vt supra dīsūz ē i qōnibus de mā.

Circa 2m qō nē .2. articuli de forma.

Ad secundum sic proceditur.

Et arguit ꝙ pductio forme subalis nāliter generate nō mēsuretur aliqua mēsura diuisibili. qꝛ si sic. ergo gñatio ē
Tex.cō.8. ꝛ 9. motus. ꝯñs est falsum ex. 5. phy. ergo ꝛ añcedens. probat ꝯsequētia. qꝛ motus. ꝛ mutatio videnṫ differre penes successiuum ꝛ instantaneū qꝛ motus est successiuus ꝛ in tpe. mutatio in instāti. ¶ Cōfirmaṫ qꝛ in omni motu mobile manet in eē specifico ꝛ pfecto sub vtroqꝫ terminoꝝ. quia
Tex.cō.8. qd mouet est ex. 5. phy. sed in gñatione nō manet sic sub
Tex.cō.8. iectum. qꝛ qd gñatur non est. ex eodeꝫ. 5. ergo gñatio non
Ad oppoᵐ est motus. ¶ Ad oppositū arguit. Nullū agēs cuius suba est in tpe agit in nō tpe. vt dꝛ penultima propōne de causis. sꝫ suba nāliter gñari est in tpe. ġ ipſꝫ agit i tpe. ꝛ p ꝯñs gnō mensuraṫ tpe. ¶ Preterea impoſe est agēs naturale agere in instāti. ergo ꝛ gnōnē fieri in instāti. ꝯñtia pꝫ. sꝫ antecedēs pbaṫ. qꝛ tūc agens fortius ageret in minus: ꝙ̄ in instanti. qd est impoſe. ¶ Preterea. oīs actio accepta pro re acta est idē realr qd mot⁹. sꝫ gñatio est talis actio. ergo est idē realr qd motus. ꝛ per ꝯñs est i tpe. maior pꝫ.
Tex.cō.21. ex 3º phy. vbi dꝛ. ꝙ motus actionis ꝛ passionis sunt idē: ꝛ
Rñr ad. q. accipiṫ ibi actio pro re acta. vt ibi expositū fuit. ¶ Respōdeo in ista qōne. Quidā dicunt ꝛ tenēt ꝙ nō. qdā ꝙ sic. primo ergo est pertractanda opi. negatiua. scdo affirmatiua. ¶ Quantū ad primū dꝛ ꝙ forma subalis itroduciṫ in instanti. ¶ Modus ponēdi est iste ꝙ si ex aqͣ debeat ignis gñari in toto tpe precedēti. precedit alteratio dispositiua mãe aque ad formā ignis introducēdā. ꝛ in vltimo instāti illius alterationis forma ignis itroduciṫ ꝛ forma aque corrūpiṫ. ita ꝙ forma ignis est termin⁹ alterationis pcedētis. ¶ Pro ista qōne arguiṫ sic. pductio forme suba-
Arguit pro pte negatiua. pº lis nāliter generate est instātanea. ergo nulla mēsura diuisibili mēsuraṫ. ꝯñtia est euidens. sed añcedens probaṫ. qꝛ si esset successiua ista successio vel eēt ex pte mãe vel ex parte forme que acqritur. nō ex pte mãe: qꝛ ipsa est indiuisibilis. nec ex pte forme. ¶ Tū qꝛ illa est simplici ꝛ inuariabili essentia ꝯsistēs. fm auctorē. 6. principioꝝ. ¶ Tū qꝛ
Tex.cō.10. forme sunt sicut numeri. ex. 8. meta. sicut ergo rō numeri stat in quodā indiuisibili: ita ꝙ nihil pōt addi vel diminui in nō qn mutet spēs sic de forma. vt ibidē dꝛ. ¶ Tuꝫ qꝛ tūc gñatio esset motus. vt supra dicebaṫ. ¶ Tū qꝛ suc-
Tex.cō.71. cessio in motu fm Cōmē. 4. phy. cº de vacuo. vel est ex resistentia mobilis ad motorē vel medij ad mobile. sed in gñatione nāli nō pōt dari primū. qꝛ mobile eēt ipsa materia que nō hꝫ de se vñ resistat cū forma vniaṫ mãe sine medio ꝛ vltimo dispoſite. Nec pōt dari 2ᵐ. qꝛ nullū ē mediū in gñatione forme subalis. Nā forma imediate vniṫ mãe ꝛ agēs imediate tāgiṫ passo. ¶ Tuꝫ qꝛ termini gña-
t.9.7. et fine Tex. 5. tionis sunt ꝯdictorij. s. eē ꝛ nō esse ex. 5. ꝛ. 11. meta. Sꝫ si est successio ergo ē mediū. iter ꝯdictoria nō est mediū ex pri-
Tex.cō.27. ꝛ tex. cō 15. 5. phy. t. c. 16 mo posterioꝝ. ꝛ ex 4º meta. ergo in gñatione nō est successio. ¶ Preterea. si sic ergo forma subalis suscipit magis ꝛ minus. ꝯñs est falsum. ergo ꝛ añcedens. probatio ꝯñtie.
2º qꝛ si pductio talis forme ē successiua necio ista forma haberet gradus: ꝛ per ꝯñs posset pciri i fm magis ꝛ minus. falsitas ꝯñtis patet ex libro pdicaꝝ caplo de suba. qꝛ suba nō suscipit magis ꝛ minus. ¶ Itē pncipiatoꝛ ait ꝙ positio sube est in termino nec est intēsionē suscipiens nec re-
3º missionem. ¶ Preterea. si sic. ergo forme subali est aliqd ꝯtrarium. ꝯñs est falsum. ergo ꝛ añcedens. pbatio ꝯñtie. qꝛ
Tex.cō.9. 10. ꝛ. 10. tunc gñatio esset motus. Motus aūt est inter ꝯtria. ex. 5. phy. falsitas ꝯñtis patet. ex eodē qnto. sube nihil ē ꝯtriūꝫ.
tex.cō. 10. ¶ Sed istā opinionē non teneo: cuius iprobatio quantū ad ꝯclusiōes apparebit ex approbatione sequētis opinio-
Cōtra modū quo ostdit negatiua. 2. qō. nis. ¶ Cōtra modū arguiṫ sic. qꝛ si sic. ergo accñs eēt naturaliter sine subto. ꝯñs est euidēter falsum. ergo ꝛ añcedens ex quo seqtur pbatio ꝯñtie. qꝛ alteratio vel forma fm quā est alteratio pcedēs si fundaṫ in aliquo subo hoc est mediāte aliqͣ forma subali. ergo calor pcedēs formam ignis per se fundareṫ in mā aque mediante aliqͣ forma subali. qro ġ mediāte. si mediāte foꝛa aq. qꝛ foꝛa aq repugnat calori. magis ġ erit cā corrūpēdi calorē ꝙ̄ essendi eū in mā aque. Nec est ibi mediante forma gñanda. qꝛ illa nōdū est. ꝛ ēt qꝛ accñs posterius est forma subali nāliter mediāte qua fundaṫ in subiecto. calor aūt iste pcedit formā ignis per se. nec pōt dici ꝙ sit mediante forma gñantis. qꝛ illa nō est in mā aque. alias due forme specifice essent simul. ¶ Preterea sequiṫ ad hūc modū dicēdum ꝙ aqͣ impfecto eē aque manēs eēt calidioꝛ igni impfecto eē ignis manēte qd vꝫ absurdū. Hoc aūt qūo sequit ifert⁹ ostdeṫ. ¶ Preterea vni⁹ mutationis nuō est vnus termi-
nus nuō. nec alius necio reqritur vt vꝫ ex qnto phy. sꝫ ge- Tex.cō.35. ꝛ 36.
neratio forme subalis est vna mutatio nuō. pꝫ. ergo ē ei⁹ tm̄ vnus terminus: ꝛ p ꝯñs nō necio icludit alterationē. Ista rō parum valet. iō dimittaṫ. nec rōnes prime in op-
positū cogūt. ¶ Ad cuius euidētiā notādū est ꝙ mot⁹ pōt Noᵐ
accipi duplr. s. cōiter ꝛ ꝓꝑe eo mō quo loqtur Ar. pmo to- Cap. de pro
pi. de isto noīe propriū: nā propriū fm eū ibi cōiter acce- prio.
ptū cōpetit diffinitioni ꝛ ꝓprie passioni: ꝛ retinet nomen cōe ꝛ dꝛ a proprietate ꝓpriū. diffinitio aūt dꝛ terminus. similiter in pposito motus accipiṫ aliqñ cōiter ad oēm mutationem: sicut in 3º phy. vbi diffiniṫ motus ꝙ est act⁹ entis in potētia ꝛc. vbi explanās diffōnē mot⁹ exēplificat de gñatione ꝛ alteratione ꝛ oi alia mutatione. aliqñ accipiṫ ꝓꝑe vt dꝛ ꝯ gñationē ꝛ corruptionē qnto phy. ꝛ notādū ꝙ gnō ꝛ motus ꝓꝑe accept⁹ nō differūt penes successiuū ꝛ instātaneū sꝫ tm̄ penes terminos. vñ sciēdū ꝙ termini mutationis cuiusꝫ duplr sumi pñt. s. vt termini primi vel vt ꝯcomitātes. Termini pmi i q̄cūqꝫ mutatione dicunṫ habitus ꝛ pֻuatio. Exemplum. ex non albo fit album ꝛ econuerso. ꝛ ex nō igne fit ignis vel econuerso. Et de istis terminis intendit Ar. quinto phy. cū ait ꝙ termini motus sunt incōpossibiles: sꝫ termini cōcomitātes dicunṫ ambo affirmatiui. sꝫ tñ qꝛ vnus icludit pֻuationē alteri⁹ dicūtur ꝯcomitari pֻuationē ꝛ habitū q sunt pmi termini. Exemplū ex albo fit nigrū ꝛ ecōuerso. ꝛ ex aqͣ fit ignis. ꝛ econuerso. ad ppositū. Oīs mutatio dꝛ gnō accipiēdo terminos pmos sic. est. n. mutatio a nō subo in subm vel ecōuerso:
q̄ ab Ar. gnō vel corruptio nūcupaṫ ex. 5. phy. in quocūqꝫ Tex.cō.7.
gñe fit. oīs ēt mutatio dꝛ mot⁹ accipiēdo termios ꝯcomitantes: ꝛ tūc ē mutatio a subo in subm: q̄ ab Ar. mot⁹ dꝛ: vñ ibidē exponēs subm picit. dico aūt subꝫ cū affirmatione mōstratū. terminus ġ in mutatione affirmatiue simptus: subm ibi dꝛ. ꝙ aūt gnō ꝛ motus nō distinguanṫ pe-
nes successiuū ꝛ istātaneū. pꝫ p Ar. 5. phy. vbi distiguens Tex.cō.7.
gnōnē a motu collocat mutationē a nō subo in subm sub gnōne q̄ tm̄ ē alteratio: ꝛ p ꝯñs gnō successiua nullo dubi-
tāte. ¶ Cōtra. ergo oīs mot⁹ est gnō si sumanṫ termini p- Cōtra.
mi q sunt habit⁹ ꝛ pֻuatio ꝛ ecōuerso. oīs gnō est motus si accipianṫ termini ꝯcomitātes q sunt affirmatiui. vt cum
ex aqͣ dꝛ fieri ignis. ¶ Rñdeo. ꝯcedo qd iferṫ. ¶ Cōtra q̄ Rñdetur
re ġ in suba negaṫ spālr mot⁹. 5. phy. plus ꝙ̄ i alijs gñib⁹ Cōtra.
cū in q̄libet gñe posset dici eē gnō ꝛ mot⁹ fm terminos sic Tex.cō.10.
vel sic acceptos. ¶ Rñdeo: qꝛ subꝫ gnōnis subalis. s. mā Rñdet
est min⁹ ens ꝙ̄ in alijs mutationibus. vñ pº de gnōne mā Tex.cō.22.
dꝛ non ens simplr. iō ibi appropriate dꝛ magis mutatio a nō subo in subm vel ecōuerso ꝙ̄ i alijs gñib⁹ sic pꝫ p rōnē Ar. ibi. vbi pbās gnōnē nō eē motū arguit sic. qd mouet est. qd gñatur nō est. ġ gnō nō est motus. vt supra. ꝛ negaṫ ibi eē de subto gnōnis sicut affirmaṫ eē de subto motus. alr rō nulla eēt: pp hoc ergo nō ita pfecte dꝛ in suba mot⁹ esse q̄ est inter duos terminos passiuos ꝯtrios. ¶ Dico ġ ꝙ distictio motuū a gnōne accipiēda est penes terminos vt pdixi ꝛ in suba est mot⁹ ꝛ gnō. ꝛ sīr in q̄titate ꝛ qualitate ꝛc. Excepto ꝙ in suba est gnō simplr. In alijs gñibus
gnō fm qd. vt pꝫ ex. 5. phy. vt supra. ¶ Sꝫ nunqd pōt inue- Tex.c.7. circa fine.
niri aliqͣ mutatio q̄ ita sit gnō ꝙ nullo mō posset esse mo-
tus. ita vt habeat terminos tm̄ pmos ꝛ nullo mō ꝯcomi- Questio.
tātes. ¶ Dico ꝙ sic. qñ in mā tm̄ pexistit pֻuatio forme in- Rñsio
ducēde. ꝛ nō forma ꝯtria opposita. Exēplū in illuminatione aeris: ꝛ imissione seu iductione spēi intelligibilis in intellectu. ꝛ spēi sensibilis in sensu. qꝛ nec in aere nec in intellectu pexistit forma passiua ꝯtria formis inducēdis. sꝫ solū

fuatio eaz. ⁊ io talis mutatio sola est gnō nō mot⁹ stricte
Rñr ad rōnes p p̄ e negatam i. 2. q̄ñ. sumptus. Et tūc rñdeo ad rōnes opi. ¶ Ad p̄mā cuȝ arguit. ꝙ pductio forme subalis est istātanea. Nego añcedens. ad p̄mā pbationē cū dr̄ ꝙ ista successio vel esset ex
Ad p̄ᵐ pte mãe: vel ex pte forme. ¶ Dico ꝙ pōt eē ex pte verius
ꝙ cū pbaſ de mã ꝙ est indiuisibilis. dico ꝙ verȝ est p se ⁊
de se. tñ per accñs est diuisibilis q̄tenus p accñs est extensa de qua extēsione dictū est supra in q̄onib⁹ de mã. Cum
pbaſ. p̄mo de sola ꝙ ipsa sit simplex. ⁊ i idiuisibili eēntia
Cōponit tñ ex q̄tie ⁊ dña eē corporeali tatis ⁊ realitatis ⁊ rea rei ⁊ rei. lnia est Sco. p̄ senté. dist. 3. ⁊. 8. ꝯsistēs. dico ꝙ est simplex simplicitate opposita cōpōni ex
mã ⁊ forma. ⁊ ē idiuisibilis p se ⁊ fm eē specificū. fm qd
abstrahit ab oī gradu. vt dicet iferius plirius p̄ma q̄one
de magis ⁊ minus. sic itelligit auctor. 6. p̄nciplorū. sȝ hoc
nō obstāte ipsa pōt hēre gradus eēntiales idiuiduales sȝ
quos itrinsece pti pōt. ¶ Ad aliud. 8. meta. ꝙ forme sūt
sicut numeri. dico ꝙ verȝ est fm se ⁊ eē specificū fm qd abstrahūt ab oī gradu. ¶ Ad scdam pbationē antecedētis
p̄ncipalis: cū iferſ ꝙ tūc gnō eēt motus. dico ꝙ verȝ est
mō perposito. ¶ Ad aliā pbationē. ꝙ successio cātur i motu fm Cōmē. ⁊c. dico ꝙ verȝ ē ⁊ vtroqȝ mō est successio i
pposito tā ex pte mãe q̄ȝ ex pte forme. cū arguiſ de mã ꝙ
nō hȝ: vñ resistat dico verȝ est de se. tñ vt est sub forma ꝯ-
ria ⁊ dispōne ꝯria forme iducēde hȝ vñ resistat: ⁊ sic est resistētia mobilis ad motorē ⁊ ēt resistētia medij ad mobile. pūt dispō ꝯria tenet locū medij. cuȝ dr̄ ꝙ forma vnitur
mãe ⁊c. dico ꝙ verȝ ē corrupta p̄ma. verūtñ p̄us ex nā rei
hȝ corrūpi p̄ma q̄ȝ itroducaſ scda ⁊ illud p̄us mediat iter
formā ⁊ formā ⁊ agēs ⁊ passuȝ. ¶ Ad scdam pbationē cū
dr̄ ꝙ termini gnōnis sunt ꝯdictorij. dico ꝙ falsuȝ est sȝ sūt
Cōtra. puatio ⁊ habit⁹. ¶ Cōtra q̄ esse ⁊ nō esse sunt ꝯdictoria.
Rñdetur ¶ Rñdeo eē ⁊ nō eē pnt accipi dupl'r. vno mō vt supponūtur pro eē ⁊ nō eē simpl'r ⁊ absolute loquēdo. ⁊ sic vtrūqȝ ꝯ-
dicūt. nec est mediū eoȝ. ¶ Alio mō vt supponūt pro esse
nō eē icludēdo rōnē pfecti. i. pro eē pfectiori ⁊ non eē. ⁊ sic
est dare mediū. s. eē impfectū. Exēpluȝ iter pfectum esse
ignis: ⁊ nō eē est mediū. s. ipfectū esse ignis: cū ergo ignis
gñaſ iter nō eē pfectū ignis qd est termin⁹ a quo ⁊ eē pfectū ignis qd est terminus ad quē est medium qd est fieri
ignis in quo ignis hȝ eē fluēs ⁊ ipfectū. fm qd eē ē successio in gnōne ignis. ¶ Cōfirmaſ. q̄ 2⁹ meta. ait Ar. ꝙ iter
tex. cō. 7. eē ⁊ nō eē est gnō media qd est ipsiuȝ fieri rei. ¶ Ad scdaȝ
Ad 2ᵐ rōnē p̄ncipalē cuȝ iferſ ꝙ forma subalis suscipit magis ⁊
minus ꝯcedo ꝯñs. ad illud. 6. p̄nciplorū. ꝙ ipositio sube ē
in termino: ⁊ in p̄dictis suba nō suscipit magis ⁊ minus intelligēde sunt auctes de suba fm eē specificū ⁊ nō fm esse
indiuiduale. q̄ sic icludit gradus fȝ quos itēdiſ ⁊ remittiſ. ¶ Ad tertiā cū ferſ. ergo forme subali esset aliqd ꝯrium. dico ꝙ verȝ est accipiēdo large ꝯrietatē ad p̄bm qn
Ad 3ᵐ tex. 1. o. 10. pbȝ. ꝙ suba nō hȝ ꝯrietatē loquiſ de ꝯrietate stricto mō.
de quo ampli⁹ dicet ifra i q̄one sequēti de ꝯrietate forme
subalis: pȝ ḡ ꝙ rōnes p̄me opi. nō cogūt. ¶ Quātū ad 2ᵐ
vt melius appeat opi. affirmatiua qnque ꝯnes p ordinē
p̄ ꝯclio declabo. p̄ma ꝯclusio sit ista. Subm gnōnis est actu extensum hñs ptē extra ptē. hoc pȝ. Tū q̄ mã nō est separata a
corpe ⁊ magnitudine. ergo nec̄io ē extēsa. ꝯña ē euidēs.
Tex. cō. 36 añcedēs est Ar. p̄mo de gnōne cap. de augmēto. Tum q̄
forma imediate vniſ mãe sue. Mãe aūt aīe est corp⁹ extēsum: q̄ aīa ē act⁹ corpis organici ⁊c. 2⁹ de aīa. ḡ mã est ex-
Tex cō. 3. tēsa. Tū q̄ accñs diuisibile nō pōt eē in subeo idiuisibili.
Sȝ multa accñtia sunt diuisibilia ⁊ extēsa. pȝ: ⁊ sunt in mã:
ḡ mã ē extēsa ⁊ diuisibilis. De hoc dictū ē ampli⁹ i q̄one
2ᵃ ꝯclio de extēsione mãe supra plirī⁹ ptractata. ¶ Scda ꝯ sit ista
forma subalis nālis hȝ gradus itrisecos eēntiales fm q̄s
suscipit magis ⁊ min⁹: ⁊ itrisecā diuisionē. hāc ostdo multipl'r
p̄ sic. p̄mo ex q̄litate ppria cōparata ad subm ppriū cui⁹ est.
⁊ arguo sic. caliditas intēdiſ ⁊ remittiſ. ḡ ⁊ ignis: ⁊ p ꝯñs
hr̄ ppositū. Añcedēs est euidēs ad sensuȝ. pbatio ꝯñe.
Cā nālr̄ sir se hñte cātū est sir se hñs. Sȝ calor i diuersis
idiuiduis ignis nō sir se hȝ: pȝ q̄ vn⁹ est itēsior alio. ergo
nec ignis q est cā caloris sir se hēbit. Sȝ vn⁹ est extēsior q̄ȝ
ali⁹. maior pȝ: q̄ oīs cā nālis agit q̄tū pōt ⁊ fm vltimū potētie: ⁊ sic oīs cā eq̄ pfecta cābit effectū eq̄ perfectū. ergo a
destructione ꝯñtis. effectū nāli nō eq̄ pfecto ⁊ nō sir se hñte nec cā sir se hēbit. ¶ Ad istā rōnē que vī pōderāda.

Rñdeſ multipl'r. vno mō dr̄ ꝙ calor nō cātur imediate a
suba ignis sȝ ab alio. ppositio aūt assūpta de cā nāli est i-
Cōtra telligēda de cā imediata. ¶ Cōtra. q̄ro de isto mediante
quo cātur. Vñ hȝ ꝙ itēdiſ ⁊ remittiſ. hȝ. n. itēdi ⁊ remitti
ex quo imediate ⁊ nālr̄ cāt calorē itēsum ⁊ ēt remissuȝ. oportere habes nec̄io ꝙ hoc hȝ a suba ignis. alias eēt processus in ifinitū i causis pcedēdo vsus ignē. Si ḡ est deueniēre ad subam ignis imediate cāntē ipsa erit itēsa ⁊ remissa ex quo ei⁹ effect⁹ intendiſ ⁊ remittiſ. ¶ Aliter dr̄ ꝙ illa
diuersitas caloris cāti accidit pp ꝯriū agens ⁊ ipediens.
Nā ipse ignis q̄tū ē de se cāret calorē eq̄ itēsū. sȝ ipediſ p
Cōtra ꝯriū. ⁊ sic aliqñ itēsū: aliqñ remissum cāt. ¶ Contra excludatur dē ꝯriū. pȝ. ꝙ idiuidua ignis sibi derelicta nō sunt
equalr̄ calida. q̄ maior ignis calidior ē puo igne ceteris
parib⁹. ⁊ tūc stat rō. ¶ Alr̄ dr̄ negādo minorē. q̄ caliditas
non cātur ab igne effectiue. maior aūt rōnis hȝ vitatē de
causis nālib⁹ effectiuis. ignis aūt solū ē i pō passiua respectu caloris. ¶ Cōtra. Ois pō mere passiua est pō ꝯdictio-
Tex. cō. 12. nis. 9. meta. sȝ ignis nō est in pō ꝯdictionis ad formā caloris. q̄ alr̄ posset eē calidus ⁊ nō calidus. ḡ nō est in potētia mere passiua ad calorē ergo est cā effectiua ei⁹. ⁊ tunc
idē qd p̄us. ¶ Preterea peto de cānte calorē effectiue dato ꝙ illud nō sit ignis. ⁊ de isto tenet rō. ¶ Cōfirmaſ q̄ si
aq̄ calefiat ab igne. absente igne aq̄ redit ad frigiditatē:
q̄ro a quo cātur ista frigiditas. nō pt dici vel dari nisi ipsamet aqua. Similiter ergo est de igne. ¶ Aliter dicitur ꝙ
causa illius diuersitatis in calore causato nō est substātia
ignis sed diuersa dispositio in mã ignis. ¶ Cōtra. quero
de ista dispōne qd est ⁊ a quo hȝ q̄ sit maior vel minor vl̄
erit pcessus i ifinitū vel deueniet finalr̄ ad subam ignis
ꝙ ipsa sit efficiēs alicui⁹ intēsionis ⁊ remissionis. ⁊ tūc idē
qd p̄us. ¶ Alr̄ pōt dici ꝙ calor nō est ppria passio ignis.
q̄ nō inest idiuisibilr̄ nec soli. ¶ Contra. qd ad rē siue sit
ppria passio siue nō. tñ est q̄dā q̄litas nec̄io ꝯñs formam
ignis vt effect⁹ cām nālē effectiuā. ¶ Scdo principalr̄ ar- 2ᵒ
guiſ ad idē ex q̄litate ppria cōpata ad subm sic: in alteratione p̄cedēte corruptionē aq̄ in igne itēdiſ calor. ḡ ⁊ forma ignis nō pfecta. ḡ remissa. sic hr̄ ppositū. añcedēs p̄ᵐ
probaſ. q̄ si nō vel cessaret actio vel iductio gradus: si p̄ᵐ
sic nulla eēt gnō: pȝ. q̄ agēs nō esset p̄us passo cuȝ oē agēs
nāle agat alterādo. 2ᵐ pȝ q̄ alr̄ in p̄mo gradu caloris esset tota forma ignis pfecta: ⁊ p ꝯñs gnō terminata. Naȝ
habitib⁹ p̄ntibus in mã cessat mot⁹. ex p̄mo de gnōne. p̄ma ꝯña pbaſ sic. ¶ Tū q̄ nullū ppriū accñs est sine forma ppria ppriij subiecti. vñ fm Ar. 2⁹ de aīa. corp a in aq̄ Tex. cō. 55. ⁊ 20. 56. Tex. cō. 16.
vel in aere nō tāgūt se imediate. q̄ humiditas aeris non
ē sine aere nec aqua sine aq̄. calor est ppriuȝ accñs ignis ⁊
maxie calor gñatus in alteratione facta ab igne. tū q̄ eadē rōne tot⁹ calor ignis vel igneus posset eē in aq̄ sine forma ignis. qd est absurdū. ¶ Tū q̄ supra dicebaſ aq̄ manens pfecta aq̄ eēt calidior q̄ȝ ignis. ⁊ ignis manēs perfectus ignis eē frigidior q̄ȝ aq̄. qd falsum est. pbatio hui⁹.
gñetur aq̄ ex igne ⁊ ignis ex aq̄ ⁊ ecōuerso. ⁊ sint decē gradus caliditatis ignis. ⁊ totidēȝ frigiditatis aque. qñ ḡ ex
aqua gñatur ignis aq̄ que corrūpiſ in vltimo instāti ante
corruptionē sue forme hēbit nouē gradus caliditatis. aliter nō sūme disponiſ ad formā ignis: ⁊ per ꝯñs nō habebit nisi vnuȝ gradum frigiditatis per eandem rationem
q̄ corruptio frigiditatis ⁊ generatio caliditatis pportionantur. Silr̄ ex alia pte si ex igne fiat aq̄ an corruptioneȝ
forme ignis ipse ignis hȝ nouē gradus friditatis ⁊ vnuȝ
tñ caliditatis. ⁊ sic aq̄ pfecta erit nouies calidior igne pfecto. ⁊ pfectus ignis nouies frigidior aq̄ q̄ videnſ absurda. ¶ Scda ꝯña p̄ncipalis probaſ. q̄ due forme specifice repugnātes ipole est ꝙ sint in eadē mã fm eē intēsum. 3ᵒ
ergo hēt ibi esse fm eē remissum. ⁊ sic habeo propositum.
¶ Tertio p̄ncipalr̄ arguiſ ad idē ex actione ineq̄li que cōpetit rei rōne forme subalis sic. Omne agēs nāle eiusdeȝ
spēi hñs formā eque pfectā ⁊ intēsaȝ eq̄ pfecte agit ceteris parib⁹. si nō impediaſ aliquo mō. Sȝ nō oē agēs nāle
eiusdē spēi eq̄ pfecte ⁊ itēse agit. ergo nō hēt formā eque
pfectā ⁊ intēsaȝ: ⁊ p ꝯñs forma illa suscipit magis ⁊ min⁹.
maior pȝ. q̄ agit q̄tū pōt. minor pbaſ. q̄ nō q̄libet ignis
eque ignit. nec q̄libet vinū eque ꝯuertit aquā in vinum

vt vinū aquaticū. nec q̄libet caro eque ꝯuertit alimētū.
q̄ caro fm̄ māam non ꝯuertit. ꝑmo de ḡnatione capitulo
de augmēto. ¶ Si dicas ꝙ inequalitas actionis accidit
propter ꝯtrium impediēs. ¶ Cōtra. Circūscribat ꝯtriū ⁊
4° accipiat nā ignis sibi dreuicta. ⁊ tūc vt p^9. ¶ Preterea
quarto arguit sic. O e q̄d mutaf parti ē in termino a quo
Tex. cō. 32. ⁊ parti est in termino ad quē ex. 6. phy. vbi dicit Cōmen.
ꝙ hoc h3 veritatē in quattuor ḡnib^9. q̄ro de li parti ⁊ par-
tim. aut accipit pro diuisibilitate forme fm̄ quā est mot^9.
aut fm̄ diuisibilitatē subiecti qd̄ mouet. Si 2^m. ¶ Con-
tra. Tū q̄ ꝓpositio pōt esse falsa. Nā illa ps vna mobilis
sit. a. puta pedalis. illud. a. trāsmutaf ⁊ tū fm̄ te nō ē ptim
in vtroq3 termino. s3 in altero solū. ¶ Tū q̄ ꝯtingit aliqd
Tex. cō. 23. totū sil alterari ex. 8. phy. ⁊ de sensu ⁊ sensato. ergo i tali al
teratione parti ⁊ ptī3 nō pōt accipi ex pte mobilis. ¶ Tū
q̄ Ar. peteret ꝑn^m. vult enī3 ꝓbare ꝙ oē mobile est diui
sibile. acciperet ergo qd̄ op3 ꝓbare. Nā si mobile h3 ptim
5° ⁊ parti iā p3 ꝙ est diuisibile. ¶ Preterea. 5. arguit sic. oēs
forme hūtes idē susceptibile in eodē ḡne nāli vel sunt ex-
treme vel medie. sed oēs forme spāles subales sunt hu-
iusmodi. p3 ergo oēs forme sunt medie vel extreme. non
oēs extreme. p3 ergo alique sunt medie: s3 mediū est ma-
gis vno extremo ⁊ min^9 altero. q̄ pticipat extrema nō in
suis excellētijs. p3 ergo 2^m eē remissū ⁊ habet ꝓpositū.
6° ¶ Preterea. 6. deus non pōt aliqd qd̄ effectui repugnat.
q̄ iā posset ꝯdictoria. S3 pōt facere vnā formā ignis no-
biliorē alia. ergo forma ignis pōt intēdi ⁊ remitti. Si di-
cas ꝙ nō pōt. nō videf hoc negare necessariū nec tutū di
7° cere. ¶ Preterea. 7. sic. Nobiliori māe ⁊ melius disposi-
te d3 dari nobilior forma ab agente nāli fortiori. sed vna
mā pōt eē magis disposita q̄ alia ad formā subalē eiusdē
ḡnis ⁊ eiusdē spēi. ergo ⁊c. semē eīn nobilioris equi est no
bili^9 ⁊ fortius ⁊ pfectius semine roncini. ⁊ sil̄r nobilioris
tritici q̄ vilis. Si ḡ mā sit magis disposita ⁊ agēs nobili^9
8° ergo forma nobilior: ⁊ p ꝯns pōt itēdi ⁊ remitti. ¶ Pre-
terea. 8. sic. ois pfectio q̄ pōt numerari in plibus maiorē
pfectionē dicit in plib^9 q̄ in vno. fm̄ Aug^m. 8. de tri. cap.
p^9. forma ignis est nūerata in plib^9 idiuiduis. p3 ḡ ⁊c. Si
ergo duo ignes iūgant ⁊ fiat vn^9 qs dubitat vel dubitare
d3 q̄n ille vn^9 pfectior est ⁊ itēsior ⁊ fortior q̄ duo ex qbus
cōponif seorsū3 sūpti. q̄ duo pfecta vnita pfectius aliqd
9° dicūt q̄ vnū tm̄ ceteris parib^9. ¶ Ultimo ꝯfirmaf p arti
culū excōicat q est ꝙ aīa christi non sit pfectior aīa iude.
Cōtra 1^am cō clusionem. ¶ Cōtra istā ꝯnem instaf. Nā ois dr̄ia in eēntia est speci-
fica. q̄ eēntie sunt vt numeri. s3 dr̄ia fm̄ magis ⁊ minus ē
dr̄ia i eēntia. ḡ est specifica. q̄re ignis intensus ⁊ remissus
nō sunt eiusdē spēi. qd̄ est absurdū. ¶ Preterea si sic. ḡ ve
5° phy. t. c. 10 re i suba eēt ꝯrietas. ꝯns est falsū ⁊ ꝯ Ar. ergo ⁊ ancedēs.
ꝓbatio ꝯñie. q̄ vbi est magis ⁊ min^9 ⁊ maximū. Maxia
te, cō. 13. ⁊ 14 aūt distātia ē ꝯrietas vera. sic. n. arguit Ar. 10. meta. ⁊ cō-
cludit ꝯrietatē eē maximā distātiā. ¶ Preterea Ar. li. p-
dicamētoꝝ. ⁊ auctor. 6. ꝑncipioꝝ expsse dicūt ꝙ i suba nō
Rñdet est magis ⁊ min^9. S3 iste rōnes nō cogunt. ¶ Ad p^m cū dr̄
ꝙ ois dr̄ia in eēntia ⁊c. primo reduco qd̄ sil̄r seqtur ꝙ q̄li
tas nō suscipit magis ⁊ min^9. Sil̄r albedo intēsa ⁊ remis-
sa nō eēnt eiusdē spēi. ¶ Ad formā dico ꝙ ois dr̄ia in eēn
tia est specifica sic glosando in eēntia fm̄ eē specificū acce
pta ⁊ sic eēntie sunt vt nūeri. S3 tūc minor ē falsa. q̄ dr̄ia
fm̄ magis ⁊ min^9 nō est in eēntia specifica que abstrahit
a suppositis: s3 erit eēntia ꝯcta ad indiuiduitatē ⁊ ad sup
posita. ¶ Ad aliud nego ancedēs loquendo de vera ꝯrie
tate. ad ꝓbationē3 q̄ vbi magis ⁊ min^9 ⁊c. dico ꝙ magis
⁊ minus ⁊ distātia maxia pōt sumi dupl'r. q̄ vel in eisde3
specie vel in eisdē ḡne. diuersis aūt spē. ꝑmo mō nō est ve
ra ꝯrietas talis maxima distātia. s3 scd̄o mō q̄ fm̄ Ar. 10.
meta. ꝯria op3 eē eadem ḡne ⁊ specie differre. In ꝓposito
ꝯceditur magis ⁊ minus ⁊ maximū in forma eiusdē spēi:
puta in forma ignis seorsū3. ⁊ in forma aque seorsum ⁊ sic
de alijs. q̄re ꝓpter hoc nō op3 ibi ꝯcedere verā ꝯrietatē.
¶ Ad Ar. ⁊ ad auctorē3. 6. ꝑncipioꝝ. dico ꝙ loq̄ logice:
logice aūt loquēdo suba nō suscipit magis ⁊ min^9. cui^9 du-
plex cā potest dari. ꝑma ꝙ impositio nois est sequens ne-
cessario modū intelligēdi rem cōiter ⁊ vl'r: ⁊ in hoc infe-
riora nō differunt. sed ipsum magis ⁊ minus circūscribū

tur: q̄ ergo logici est determinare intētiōes vt cōes: ⁊ si-
cut intelligimus ita loqmur. ideo dicit subam non susci-
pere magis ⁊ minus: ⁊ hoc verū est non solū3 in suba sed
etiā in accidēte sumpto i abstracto. ¶ Cōtra. ergo logice Cōtra.
loquēdo ibidē dicit Ar. ⁊ auctor. 6. ꝑncipioꝝ. ꝙ q̄litas su
scipit magis ⁊ minus. ¶ Respōdeo loquit forte intersca Rñdet
lariter. nūc logice nūc realiter. s3 ista ꝑma cā assignata nō
videf bona. q̄ tūc sequif ꝙ nihil sit albū nisi habeat albe
dinē in termino si ipositio nois sit in termino. ⁊ sic albū re
missum nō erit albū. ¶ Alia cā assignaf ꝙ magis ⁊ min^9
dicunf de subo participāte in respectu ad formā partici
patā: vn̄ l3 fm̄ rē idē sit intēsio ⁊ remissio cū hoc qd̄ est ma
gis ⁊ minus. tū in abstracto dicif ꝙ hec albedo est maior
illa ⁊ nō magis. sed subm̄ dicif magis. ⁊ iō spēs ⁊ genera
l3 cōcretiue videātur dici de subo fm̄ magis ⁊ minus tū
non ꝓprie nec denoiatiue nec predicaf forma vt inherēs
sed q̄si vt per se ens ⁊ totū: ⁊ iō logice loquēdo improprie
dicif iste est magis hō q̄ ille: ⁊ ista magis albedo q̄ illa.
¶ Sed nunqd pōt dici iste est magis humanus q̄ ille. di
cendū est ꝙ nō: q̄ suba non ꝑdicaf proprie denoiatiue si-
cut accidēs. Tū pbice ⁊ fm̄ rei veritatē maior entitas spe
ciei humane vel nobilior gradus est in vno q̄ in alio: vn̄
Ar. 8. meta. dicit ꝙ sicut numerus nō h3 magis ⁊ minus
sic nec suba que est fm̄ spēm. sed siquidē que cum mā illa
suppie bene h3. de ista mā amplius dicetur infra q̄ōne de
magis ⁊ minus. p3 ergo cōclusio scd̄a. ¶ Tertia conclusio 3ª ꝯclō
sit ista: forma subalis nālis est actu extēsa hñs partē3 ex-
tra partē. hāc ostēdo sic. ois forma que nō respicit mām i-
diuisibiliter extēditur ad extēsionē māe ⁊ habet partē ex-
tra partē. sed q̄libet forma subalis nālis est huiusmodi.
ergo ⁊c. minor p3 de aīa brutoꝝ de qua minus forte vi. di Tex. cō. 95.
cit Ar. ꝑmo ⁊ scd̄o de aīa. ꝙ diuidif ad diuisionē corpo- Tex. cō. 10.
ris. sicut inducit in aīalibus anulosis que diuisa in ptes
adhuc ptes sentiūt ⁊ mouētur. ¶ Dico aūt formā suba-
lem nālem que est de mā educibilis per nām ad excludē-
dum aīam rōnalē3. q̄ ista nō est extēsa nec diuisibilis in
suba. ¶ Quarta conclusio sit ista. ꝓductio forme subalis 4^a ꝯclō
nāliter generate est successiua. ¶ Hāc ostēdo multiplici-
ter. ¶ Tum ꝑmo ex 3° phy. vbi data fuit diffinitio de mo Tex. cō. 6.
tu vbi phs exponens illā exēplificat de generatione ⁊ cor-
ruptione: q̄ ḡnatio est actus ḡnabilis inquātū generabi
le: ⁊ corruptio actus corruptibilis tunc sic. ois motus est
trāsmutatio successiua s3 ḡnatio est motus: vt dicit Ar. tex. cō. 5. ⁊ 6.
3° phy. ergo ⁊c. ¶ Respōdef ꝙ Ar. 3° phy. loquif de motu Rñdetur
large sumpto pro omni mutatione: sed diuidit eū in spēs
5. phy. ⁊ sepat ḡnationē a motu. probās ꝙ ḡnatio que est
motus qui est a subiecto in subm̄ non est motus qui est a
subo in subm̄. ¶ Cōtra. si sic. ergo vsq3 ad locū illū vbi di Cōtra.
uidit mutatione in suas spēs loqtur de mutatione large
⁊ cōiter. sed ꝑus aū illud capl'm. 5. iuxta ꝑncipiū dicit ꝙ in
omni motu reqritur tēpus. ergo in omni mutatione. ⁊ p
ꝯns mutatio est in tpe ergo successiua. ⁊ h3 ꝓpositū. Tū3
scd̄o. q̄ pbs. 6. phy. ait sic. omne qd̄ mutaf est diuisibile ⁊ Tex. cō. 32.
parti est in termino a quo ⁊ ptī3 in termino ad quē qd̄ fm̄
Cōmē. h3 veritatē in q̄ttuor ḡnibus mutationis. quoꝝ
est genus sube ⁊ ḡnationis. sed si ḡnatio esset instātanea
mā que subijcif nō haberet partē de terminis sed subito
trāsiret a toto termino in totū. ¶ Tū. 3. q̄ pbs. 6. phy. pro In te. cō. 54.
bat ꝙ aū oē mutari est mutatū esse ⁊ econuerso. ⁊ subdif vsq3 ad. 59.
ꝙ eadē demōstratio est in ꝯrijs ⁊ ꝯdictorijs. vn̄ pat3 post
dicit sil̄r esse in ḡnatione ⁊ corruptione. qd̄ tū impossibi- Tex. cō. 59.
le esset nisi ḡnatio ⁊ corruptio eēt successiua. ¶ Rñdef ꝙ Rñdet
loqtur de ḡnatione ⁊ corruptione vt icludūt alterationē3
ꝓcedētē. ¶ Cōtra. q̄ si sic frustra probaret de vtraq3 ⁊ lo- Cōtra.
queref de eis in distinctis capl'is. Nā in vno caplo ꝓbat
hoc de alteratione spāliter ⁊ seorsum ⁊ in alio de ḡnatio-
ne ⁊ corruptione seorsum. sicut p3 aspicienti in textu pbi.
¶ Tum q̄rto q̄ in eodē. 6. phy. soluēdo rōnem zenonis p Tex. cō. 83.
quā negabat motū ad formā. dicit ꝙ nō oportet totū mo
bile esse in altero termino. Nō enī3 inq̄t fm̄ totū in quoli
bet. ergo ⁊c. Sequif sil̄r aūt inest inesse ⁊ nō inesse ⁊ in ali
is queciq3 fm̄ ꝯdictionē sunt ⁊c. hoc dicit ꝓpter ḡnatio-
nem ⁊ corruptionē. ¶ Si dicas ꝙ loqtur de ḡnatione vt Rñsio
includit alterationē. ¶ Contra vt prius q̄ ibi loqtur di- Cōtra.

stincte de gñatione ₇ alteratione sicut pȝ intuēti. ¶ Tum
Tex. cō. 34. gnto. q₂ 7° phy. Ar. cōparat gñationes s̄m velocitatē di-
cens sic. In gñatione aūt ₇ corruptione idē cōsiderādum
est quomō eque velor gñatio est. sed in omni velocitate
opȝ successionē esse. ergo ₇c. Nec pōt dici vt prius ꝙ loq-
tur de gñatione vt includit alteratione q₂ ibi facit distin-
ctum capl̄m de cōparatione alterationis s̄m velocitatē ₇
Cō. 71. de gñatione. qđ nō oporteret. ¶ Tuȝ. 6. q₂ s̄m Cōmē. 4°
Cātur ēt ex phy. vt iā allegatū est successio in motu cātur ex resistētia
p e m·dij qñ mobilis ad motorē. forā aūt ꝯria ₇ dispositio resistit agen
ꝙ ex pte vi ti. vt cū ex aqua ignis gñaf. ergo talis gñatio erit succes-
usqȝ vt ibi. siua. ¶ Preterea vltimo sic. ipossibile est ꝓpriā passionē
separi a subto. Sed calor est ꝓpria passio ignis. ₇ ipsa in-
troducit successiue. vt cū ex aqua gñatur ignis ergo ipse
5° ꝯclio rñsi- ignis itroducit ₇ gñatur successiue. ¶ Quinta ꝯclusio sit
ua ad q. ista. q̄ est directe ad qōnē. ꝓductio forme subalis nāliter
gñate mēsuraf mēsura diuisibili q̄ est tp̄s. hāc ostendo sic
q₂ si talis esset in instāti hoc eēt vel ex indiuisibilitate sub
iecti vel termini. q est forma. Nō p̄mo mō sicut pȝ ex pri-
ma ꝯne. Nec scđo mō vt ex scđa ꝯclusione ₇ tertia conclu
sione. ¶ Preterea ꝓductio talis forme est successiua. er-
go mēsuraf mēsura diuisibili. añcedēs patet ex q̄rta ꝯne.
sed ꝯñtia probaf q₂ mēsura ₇ mēsuratū proportionātur.
Si ergo mēsuratū est diuisibile. ergo ₇ mēsura. talis men
sura est tp̄s hoc pȝ. ergo ₇c. ¶ Preterea impoſe est fieri ₇
factū eē in eodeȝ instāti. q₂ qđ fit nō est. qđ factū est. est nō
pōt aūt idē simul esse ₇ nō esse sed vbi fieri ₇ factū esse nō
sunt in eodē instāti. opȝ dare successionē ₇ tp̄s. q₂ nō sunt ī
Ad p̄m ꝑnci- eodē instāti. Sic ad qōnē. ¶ Ad argumēta ꝑncipalia rñ-
pale. detur ad primū cū infert: ergo gñatio est mot⁹. ꝯcedo cō-
sequētiā ₇ ꝯñs mō prerposito in corpe qōnis. ₇ ibideȝ di-
ctum est ad illud qđ allegaf de. 5. phy. ¶ Ad ꝯfirmationē
cū dī ꝙ in oī motu mobile manet in eē specifico sub vtro-
qȝ terminoꝝ. q₂ qđ mouef est. dico ꝙ illa ꝓpositio est va
de motu ꝯꝑte sumpto ₇ vt est est in alijs gñib⁹ a suba. quo
mō Ar. loqtur sicut pȝ. sed hoc nō obstāte gñatio erit mo
tus accepta penes terminos affirmatiuos ₇ concomitan
tes sicut expositum est in corpore questionis.

Circa 3m qñ
nū. 2. articuli
de forma.

Ad tertium sic proceditur. Et

videtur ꝙ repugnātia formalis q̄ est inter formas suba-
les nō sit repugnātia ꝯrietatis. Nam a ꝯrio in ꝯrium per
Tex. cō. 33. uenitur p mediū ex. 5. phy. ₇. 10. meta. sed in suba nō ē mo
₇ cō. 12. ₇. 3. tus ergo nec ꝯriū. minor pȝ ex. 5. phy. ¶ Cōfirmaf. q₂ ibidē
Tex. cō. 10. probat phs ꝙ in suba non est motus pp nō esse sube ꝯriū
Tex. cō. 17. ¶ Preterea. ꝯtraria pñt esse vicissiȝ circa idē. 10. me. Sȝ
rōnale ₇ irrōnale nō pñt esse vicissim circa ideȝ. ergo non
sunt ꝯria. de q̄bus tū magis videf. ₇ per ꝯñs nec aliqua
alia. minor ꝓbaf. q₂ aliter idē hō posset esse. aliqñ aīal rō
Ad oppo^m nale. aliqñ aīal irrōnale. ¶ Ad oppositū. oē qđ corrūpif a
arguitur. suo ꝯrio corrūpif ex p̄° celi ₇ mūdi. Sȝ in suba est vera cor
p° ruptio. ergo ₇ ꝯrietas. ¶ Cōfirmaf. q₂ cū forma corrum
Tex. cō. 20. ₇ penda a mā expellitur. quero a quo nō a se. pȝ nec ab ali-
viii. 2° quo alij pȝ. ergo relinquitur ꝙ a ꝯrio. ¶ Preterea formis
subalibus cōpetit diffinitio ꝯrietatis. ergo ipse sunt ꝯrie.
ꝯñtia est euidēs per locū a diffinitione. ꝓbatio añceden-
tis. ꝯria sunt que posita sub eodē gñe maxime a se distāt:
₇ circa idē subm vicissim insunt ₇ mutuo se expellūt. Sed
hec oīa ꝯueniūt forme ignis ₇ forme aq̄. pȝ ergo ipse sunt
Rñsio vere ꝯrie. ¶ Respōdeo in ista qōne est vna opinio cōis q̄
p° tenet partē negatiuā pro qua arguif sic. ¶ Cōtrarietas
est quedā maxima distātia hñs quādā ꝯtinuitateȝ vt ab
extremo ad extremū nō perueniaf nisi trāseundo per oīa
media. Tāc sic a ꝯrio in ꝯrium ꝑuenif per mediū. sed nul
le due forme subales sunt huiusmodi. ergo nec sunt ꝯrie.
ꝓbatio minoris. q₂ mā exuta vna forma subali imedia-
Tex. cō. 26. te pōt indui q̄cunqȝ alia. vt ꝛ° de gñatione dicitur. ꝙ si ex
2° igne fiat aqua nō opȝ trāsire per media elemēta. ¶ Pre-
terea. a cōtrario in ꝯtrariū ꝑuenif per mediū. sed in sub-
stantia nō est motus. ergo nec ꝯrium. probatio minoris.
q₂ si sic in medio motus puta. si ex igne fiat aer. mā suba
tātuȝ hēret de forma ignis quantuȝ de forma aeris. ₇ se-
quuntur duo incōueniētia. primū q₂ erit aliquod corpus

qđ nō erit in aliqua specie determinata. Secūdū ꝙ ipsuȝ
non erit ipsum. Naȝ in illo medio pūctali nō erit aer. nec
ignis erit ignis. ¶ Preterea. cōtraria hūt circa ideȝ. sed 3°
forme substantiales non sunt circa idem. sed circa diui-
sum. ergo nō sunt cōtrarie. probatio minoris. q₂ materia
sub diuersis formis nō est eadeȝ simpliciter. sed diuersa.
cum diuersa eē habeat. ¶ Confirmaf. q₂ ꝓpter hoc ꝙ sube
nō est ꝯriuȝ. mutatio in suba dicif a subiecto in subm vel
ecōuerso. vt pȝ ex. 5. phy. Sed ista opinio nō valet. Si sic Tex. cō. 7.
absolute ₇ vīr intelligit. nec rōnes concludūt vt inferius
ostendā. ¶ Ad questionē igitur est aliter dicendū. ¶ Ad No^m
cuius euidētiā est notandū ꝙ ꝯrietas dupl̄r potest sumi
s. stricte ₇ large. ¶ Si ꝯrietas sumitur stricte sic videf ha
bere sex ꝯditiones. vt pōt colligi ex dictis Ar. libro ꝑdi-
camentoruȝ. ₇. 10. meta. prima est ꝙ ꝯrietas est oppositio
distinctoꝝ specie coruǹdeȝ aūt genere. ꝯria enim dicuntur
que posita sub eodē genere distāt. ¶ Secūda est. ꝙ cōtra
rietas est differētia extremoꝝ dicētium nāȝ positiuaȝ: ₇
per hoc distinguif ab oppositione ꝑuatiua. nam ibi alteꝝ
extremuȝ. s. priuatio nihil ponit. sed est formal̄r negatio.
¶ Tertia ē ꝙ ꝯrietas est maxima distātia. Unde. 10. me
ta. ait. Ar. sic. qm̄ autē differre cōtingit abinuicem diffe- Tex. cō. 13.
rētia plus ₇ minus. est aliqua ₇ maxima dīa. ₇ hanc dico
ꝯrietatē. ₇ ex hoc infert ibidē ꝙ est dīa perfecta. q₂ si ma
xima. ergo pfecta. ¶ Quarta est que sequitur ex tertia ꝙ
vnū vni cōtrariaf. vnde. 10. meta. habef sic. multipl̄r aūt Tex. cō. 14.
dictis ꝯrijs sequif ꝙ perfecte. ita sic vtiqȝ qđ est ꝯrarijs
esse extiterit ipsis his autē entibus. palā ꝙ non cōtingit
plura vni ꝯtraria esse. nec enim vltimo vlterius erit vti-
qȝ aliqđ nec distātie vni⁹ plura vt q̄ duo vltima. ¶ Quī
ta est ꝙ cōtrarietas esse oppositio eoꝝ que circa idem su
sceptibile vicissim insunt. ¶ Sexta cōditio ꝙ in ꝯrarijs
habētibus mediū nō peruenif ab extremo ad extremum
nisi trāseūdo per oīa media. vnde. 10. meta. habef sic. qm̄ Tex. cō. 22.
autē cōtrarioꝝ cōuenit aliquid esse mediū ₇ quorundaȝ
est necesse ex cōtrarijs esse. oīa nāqȝ media in eodeȝ ge-
nere sunt ₇ quoꝝ sunt media. Media enim hic dicimus
in q̄cūqȝ ꝑmutari ꝑus est necē qđ ꝑmutaf. vt ab hypate ī
netē si trāsit p minimā rōnē veniet p° ad medios sonos. ₇ ī
colorib⁹ si veniet ex albo ad nigrū ꝑus veniet ad puniceū
plumbum q̄ ad nigrū. silr aūt ₇ in alijs. hec Ar. si autē ꝯ-
rietas accipiatur large sic dicif ꝯrietas cui deficit aliqua
istarū cōditionuȝ dictarum. est tñ oppositio nō ꝯdictoria.
nec s̄m priuationē ₇ habitū. nec s̄m relationē. ₇ iō necessa
rio habet reduci ad oppositionē ꝯrietatis. si diuisio oppo
sitionis data ab Ar. in libro ꝑdicamentoꝝ est sufficiens.
¶ His p̄missis respōdeo ad questionē s̄m duas cōclusio Rñsio
nes. ¶ Prima cōclusio sit ista. Repugnātia formarū sub p° ꝯclo
stantialiū nō est repugnātia cōtrarietatis stricte accepta.
hanc ostēdo sic. Illa oppositio nō est ꝯrietatis stricte acce
pta cui deficit aliqua ꝯditio de ꝑdictis. sed oppositio seu
repugnātia formarū subaliuȝ est huiusmodi. ergo ₇c. mi Probatio
nor probaf discurrēdo per singulas ꝯditiones. p̄ma autē minoris.
vel secūda nō deficit. q₂ due forme subales repugnantes
possunt accipi sub eodē genere ꝓximo: ₇ vtraqȝ dicit po-
sitiuum patet de se: deficit tñ tertia ₇ quarta. Nō eniȝ est
accipere duas formas sub eodē gñe que maxime distent
ita ꝙ claudāt in medio oēs alias eiusdem generis. q₂ sic
vt arguit Ar. vnū vni tm̄ cōtrariatur. qđ est falsum in ꝓ
posito. probatio. q₂ cū oīs gñatio sit ex ꝯrijs vel medijs ex
primo phy. cū ex terra generaf ignis ₇ aqua ₇ aer. ₇ etiaȝ Tex. cō. 43.
ecōuerso. seqtur ꝙ terre cōtrariātur illa tria. ₇ ecōuerso.
₇ breuiter oīa elementa ₇ oīa generabilia ₇ corruptibilia
ꝯriant sibi inuicē isto mō. ₇ sic multa vni. q₂ ergo. ¶ Quar
ta cōditio sequif ex tertia a destructione cōsequentis cui
nō inest quarta nec tertia. ¶ Quinta aūt cōditio compe-
tit formis subalibus vno mō. alio mō nō. nā si identitas
susceptiui accipiaf pro idētitate simpliciter ₇ entis ī actu
pfecto existētis. sic nō cōpetit: q₂ mā non habet idem esse
perfectū sub diuersis formis. si autē accipiaf pro identita
te substātiali quoquo mō sic cōpetit. q₂ materia vna nu-
mero in essentia manet sub vtraqȝ forma. ¶ Sexta con-
ditio. si forme substātiales habēt mediū non cōpetit eis.
q₂ vt arguebaf materia exuta vna forma immediate po

test

rest informari quacūqꝫ alia.nec opꝫ forsan trāsire per me
dium. Si autē diceretur ꝙ forme substātiales sunt con-
2ª cōclō trarie imediate tunc illa cōditio nihil ad ppositū. ¶ Se-
cunda cōclusio sit ista.repugnātia formarū subaliū est re
pugnantia ꝯtrarietatis large sumpte.hāc ostendo multi
pliciter. Primo ex pmo de gñatione.capīo de agere ⁊ pa
ti per totū.vbi dicit ꝙ ignis ⁊ aqua ꝯtrariantur. ¶ Pre-
Tex. cō. 49. terea scdo de ge.cº pmo.omnia aūt mixta corpora.vbi p-
